

losophica pertractare corrigo errorem Philosophorum, & supplendo eorum defectum. Sed si auditores Theologie sufficientes essent, & Philosophi sufficienter sciētiā Philosophiae tradidissent, vbi desineret Philosophus: ibi inciperet Theologus, & quantum ad declarata in Philosophia, non oporteret declarationes iterare, sed solū propositiones declaratas assumere.

*Resolutio  
dicitur super-  
prioris.*

Reuerteramur ergo ad propositum, & dicamus, q̄ quia Theologus accipit ab alijs scientijs tanq̄ à subancillantibus, multa possunt cōsiderare sciētiā aliae in his, quā accipit ab eis Theologus: de quibus per se, & directe tractare ad Theologum non spectat: propter quod patens est, q̄ aliae sciētiā non superfluent.

Posset autem ad hoc adduci, & quarta ratio ex parte modi considerandi. Nam etiā de eisdem aliquibus cōsideret Theologus, & Philosophus: hoc non est sub eadem ratione. Sed Theologus cōsiderabit de illis, vt adminiculantur ad supernaturalem beatitudinem nostram: propter quod cum Theologus considerat de creaturis: magis considerat de Creatore nostro Beatificatore, vt in notescit nobis per huiusmodi creaturas, quām consideret de creaturis ipsis. Nam & si in hoc secundo, vbi agitur de creaturis, dēbet assignari subiectum: magis esset huiusmodi subiectū Deus creaturarum conditor, quām creature conditae. Philosophus autem si considerat de aliquibus, de quibus considerat Theologus: hoc non est immedietē ad hunc finem, vt anima possit consequi suam beatitudinem supernaturalem, quia tunc ageret Philosophia ultra suā speciem; sed vt possit consequi suas perfectiones naturales, quāe p̄nt ex putis naturalibus acquiri, non ergo superfluit aliae sciētiā considerantes de aliquibus: de quibus considerant Theologi, quia hoc est sub alia ratione: sicut non est superfluum in naturali Philosophia considerare de materia, de qua considerat & Metaphysicus, quia hoc erit sub alia ratione, vt tradit Commentator. I. 3. Meta. quia Metaphysicus considerabit de materia, vt est quoddā ens: licet valde modo exili: cum secundum puram potentiam participet rationem entis: consideratio autem naturalis non erit superflua, quia erit sub ratione alia, sc̄. prout est subiecta transmutationi, & motui.

*Materia pri-  
ma alio mo-  
do confide-  
ratur à Phy-  
sico, & Me-  
taph.*  
*Cōm. I. 3. 3.*

R E S P. A D A R G. Ad primū dicendū, q̄ aliae sciētiā nō superfluent, quia etiā Theologia cōsideret de Creatore, & de creaturis, vt patet per iā dicta: possunt tñ aliae sciētiā multa cōsiderare de creaturis: de quibus per se, & directe non spectat considerare ad Theologum. In illis etiam, in quibus communicant Philosophus, & Theologus: non superfluit Philosophia, quia considerat ea sub alia ratione, quām Theologus.

*Theologia  
perfectorihi  
lophia, &  
quomodo.*

Ad secundum dicendum, quod Theologia est perfectior quantum ad finalem cōsiderationem, & quantum ad adhesionem, sed non oportet, q̄ in omnibus sit perfectior, quantum ad speculationem, quām sint aliae sciētiā. Vnde id, quod intendit Theologia, est multo altius, quām id, quod

## Pars I.

A immediate intendit Philosophus: & his, quā dicitur directe, & per se in Theologia, magis adhēret Theologus, quām his, quā dicuntur per se, & directe in Philosophia, nō enim sic subirent martyrium Geometræ propter hoc, quod Triāgulus habet tres angulos, sicut subiecabant se martyrio Sancti in primitiua Ecclesia: propter hoc, quod Deus est Trinus, & Vnus. Quantum autē ad speculationem, multæ veritates in Philosophia declaratae sunt magis nostro intellectui clariotes, quām multæ veritates traditæ in facta scriptura. Propter ergo talē cognitionem perfectam: cuiusmodi est cognitione Theologica: non oportet, q̄ cesset cognitione philosophica, non, n. se habet cognitione Theologica ad Philosophicū: sicut cognitione patriæ de Deo, quā erit per visionem apertā; ad cognitionem viæ, quā est per fidem, & nō per speciem, qua adueniente, cessabit ista: nec se habet sicut demonstratio ad opinionem: de qua dicit Philosophus, quod simul cum opinione stāre non potest, quia tam cognitione patriæ, respectu cognitionis viæ, quām demonstratio respectu opinionis, cernunt clarē, quām ista cernunt obscure. Theologia vero non oportet, q̄ sit sic perfectior, quantum ad cernere, & speculari, quām Philosophia.

Ad tertium dicendum, quod creatura ad hoc nobis proponit finaliter, vt Deus quāratur, & diligatur: Philosophi tamen non semper in suis scientijs intendebant hunc finem immediate, sed vt ipsa creatura cognosceretur. Augustinus ergo loquitur modo theologico, quia in lacra pagina, & in Theologia semper intenditur hic finis, vt

C Deus quāratur, & diligatur, quia Plenitudo, & finis totius legis sacræ, est dilectio. ergo quia Philosophi in suis scientijs, vt plurimum, int̄ lebāt hunc finem, vt ipsa creatura cognosceretur; poterant multa de creaturis tractare, quā ad Theologum non spectant, non ergo superfluit Philosophia, vt est per habita manifestum.

## Q V Ä S T I O II.

### De Principijs rerum conditarum.

**D**O S T Q U A M dubitauimus de creaturis conditis secundum ordinem prætaxatum; Restat dubitare de principijs rerum conditarū. Circa quod sex dubitabimus. Primo quidem: vtrum sola materia sufficiat ad aliquatum rerum productionem. Secundò dato, q̄ præter materiam oporteat ponere causam agentem: dubitabitur, vtrum principium materiale, & actuum sic se habeant, quod vnum non reductatur in aliud, sed sint duo principia simpliciter prima in se inuicem non reducta. Tertiò dato, q̄ principium materiale oporteat reducere in causam agentem: dubitabitur vtrum sit date plura principia agentia prima: quorum vnum non reductatur in aliud: nec aliud in tertium. Quartò dato,

*Arist.: post.  
1.44.*

*Ad Rom.  
13.*

## Quæstio II.

dato, q̄ sit dare solum unum principium primū; dubitabit, utrū huiusmodi principiū posse creare, vel aliquid ex nihilo facere. Quinto utrum in opere creationis possint alia agentia cooperari Deo, vel, quod idem est: utrum poterit alijs agentibus conferri potētia creandi. Sexto, & ultimo: dato q̄ alia agentia non cooperentur: nec cooperari possint Deo in opere creationis: dubitabitur, utrum cooperentur ei in alijs operibus: vel, quod idem est, utrum alia agentia aliquid agant.

### A R T I C . I .

*An sola materia sufficiat ad productionem rerum naturalium. Conclusio est negativa.*

D. Thom. i. Summæ. q. 44. ar. 1. Et huic art. deseruunt rationes Arist. in 2. de gen. t. 53. 54. & 55. probantes materiam non posse mouere se ipsum ad generationem. Alex. de Alef. 2. par. q. 1. art. 1. 2. & 3.



D primum sic proceditur: Videatur, q̄ sola materia possit sufficere, vel sufficiat ad productionem rerum naturalium, quia secundum Philosophum. Si domus esset eorum, quæ natura sunt, sic utique facta esset: sicut nunc ab arte, & quod dictum est de domo: verum est de alijs rebus, vt si nauifactua esset in ligno: ita facaret nauem, sicut & ars. moueret ergo seipsum lignum, si haberet in se nauifactuam, vt fieret inde nauis: sicut nūc mouetur ab arte, non ergo videtur differentia inter naturam, & artem, nisi, quia artificialia secundum q̄ huiusmodi nō habent in se principiū motus, & quietis: naturalia autem habent. Si ergo naturalia secundū q̄ huiusmodi habent in se principiū motus, & quietis: seipsa mouebunt, non ergo oportet ponere aliam causam agentem.

Præterea si aqua calefiat: à seipsa redibit frigida: absque aliquo alio agente extrinseco, sed quaque ratione subiectum est mouens, & motum, & seipsum mouet ad formam accidentalem: poterit materia esse mouens, & mota, & poterit se mouere ad formam substantialem.

Præterea videmus multa fieri à sibi non simili: sicut ea, quæ generantur ex putrefactione, vt ex carnibus equinis generantur scarabones: ex bovinis apes. talia autem cum non fiant à sibi simili: non habebunt aliam causam agentem, sed ipsa materia mouebit se ad productionem ipsorum.

**I N C O N T R A R I U M** est, quia omne, quod mouetur, ab alio mouetur: præter ergo causam materialem, oportet ponere causam agentem, cum materia non possit seipsum mouere.

Idem in ql.  
a. q. 2.

At. 7. Phys.  
t. 1.

## Artic. I.

13

### R E S O L V T I O .

*Materia, cum sit in potentia tantum: nihil agat nisi quod est in actu: cumq; actus simpliciter precedat materiam: ad productionem rerum naturalium opus est agente.*

R e s p o n d o dicendum, q̄ triplici via ostendere possumus, quod sola materia non sufficient ad productionem rerum, sed oportet dare causam agentem: Philosophi enim antiqui naturales aliqui solam causam materialē cognoverunt: qua posita, crediderunt sufficienter reddere rationem de naturalibus rebus, vt patet per Philosophum in secundo de generatione. Sed hac hypothesi stante: sequitur idem esse, & non esse, vel sequitur, q̄ idem sit in actu, & nō in actu, & q̄ sit in potentia, & non in potentia. Secundo hoc posito: sequit̄ q̄ potentia simpliciter sit prior actu. Sequitur & tertio, q̄ nulla sit generatio, nec corruptio in rebus, quæ omnia sunt in conuenientia.

Primum inconveniens sic patet: Intelligimus enim hic per materiam aliquid, quod de se nullū actum habet, sed est potentia tantum, per Philosophum, qui vult, q̄ in fundamento naturæ. i. in materia: nihil sit distinctum; neque quantū: neque quale: materia enim de se nullam habet actualitatem, nullam distinctionem, sed est in potentia ad actum. Hoc etiam patet per Aug. dicētem: Hyle namq; Græci, cum de natura dissenserent, materiam quandam rerum esse diffinirent: nullo prols modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, quæ quidem corporum mutabilitate cognoscitur. Nam per seipsum nec sentiri, nec intelligi potest, tripliciter ergo describit hic Augustinus materiam, videlicet, quod est sola potentia capax formarum, q̄ per mutabilitatem corporalium formarum cognoscitur, & quod per se nec intelligi, nec sentiri potest: quæ cum Philosophorum dictis concordant. Nam secundum Comm̄tatorē in De substantia orbis; essentiale est materia esse in potentia, est ergo materia ipsa potentia pura. Et secundum eundē ibidem: Transmutatio fecit scire materiam: ergo materia mutabilitate formarū corporalium cognoscitur. Et Philosophus vult, q̄ materia non cognoscatur, nisi per analogiam ad formam, per se ergo nec sentiri, nec intelligi potest. Ex quibus omnibus sequitur, q̄ materia de se nec esse, nec aliquem actum importat, quia si diceret de se aliquid esse, vel aliquem actum: nō esset potentia pura, & posset per se intelligi, vel cognosci. dicere ergo materiam esse principium actuum: est dicere opposita: videlicet, q̄ aliquid habeat esse, & non esse, q̄ sit in potentia, & non in potentia, q̄ sit in actu, & non in actu. Nā omne, quod agit, agit vt est in actu, & vt habet esse.

Si ergo materia posset de se agere cum ratione, quæ materia non habeat esse: esset in potentia, & non esset in actu: ratione vero, quæ ageret secundum q̄ huiusmodi: haberet esse, & non esset in

Liber. Me  
taph. t.c. 17.  
& li. 7. t.c. 3.

Contra Fa  
ustum. To. 6.

Ari. 1. Phys.  
t.c. 69.

**A** in potentia pura, sed in actu. Idem ergo habet esse, & non esse: esset in actu, & non in actu: esset in potentia, & non in potentia, quæ stare non possunt.

**B** Secundum inconveniens sic patet: Nam secundum Philosophum: in eodem generabili, & corruptibili potentia præcedit actum, ut hic homo prius fuit in potentia, quam in actu: simpliciter tamen actus præcedit potentiam, quia si hoc non esset, entia possent esse, sed non essent. Nam si esset potentia, & eam non præcederet aliquis actus: nihil esset, quod posset illam potestiam reducere ad actum: possent ergo entia esse, ex quo ponitur potentia esse, sed non essent, quia nullus esset actus, qui faceret ea esse. Vel possemus dicere, q[uod] hoc posito: entia non essent, nec possent esse, quia si aliquid potest esse propter potentiam passiu[m] materiæ, ut quia materia potest transmutari: consequens est, quod sit aliqua potentia activa respondens illi potentia passiu[m], quæ posit transmutare, quia nisi esset agens, quod posset transmutare, nunq[ue] materia posset transmutari. Si ergo actus simpliciter non præcederet potentiam: entia nec possent esse, nec essent. Ipsu[m] ergo esse retu[n] nos docet, q[uod] actus simpliciter præcedit potentia, sed si potentia posset facere seipsum in actu, quod oportet dicere secundum ponentes solum materiale principium: non oportet dare actu[m] simpliciter præcedentem potentiam, sed potentia simpliciter præcederet actu[m]. esset ergo causa imperfectior, quam effectus: cu[m] effectus esset in actu, & causa esset potentia tatu[m], quod est inconveniens. Semper enim agens est præstantius paciente, & causa efficiens est præstatiior, & magis in actu, quam id, in quod agit.

**C** Tertium autem inconveniens de leui patet. Nam si materia posset seipsum mouere ad actu[m]; materia esset quid in actu, quia nihil agit, nisi quod est in actu. Si autem materia esset quid in actu; nulla esset generatio, nec corruptione, q[uod] in alteratione subiectum est quid in actu: in generatione, & corruptione per se loquendo subiectum est in potentia tantum; ideo dicitur in j. de generatione, quod Hyle. i. potentia tantum: est maximè subiectum susceptibile generationis, & corruptionis. Dicimus autem per se, quia virtus per accidens possit habere aliquem actu[m] materia, quando suscipit formam substantialem, ut quia forte habet dimensiones interminatas, declarare non est præsentis speculationis. Sed de hoc infra quæremus.

**D** Advertendum autem, quod Philosophus: incipit antiquos Philosophos: hanc eamdem quoniam mouet, & adducit triplicem rationem: quare materia seipsum mouere non possit ad generationem. Una ratio est, prout materia consideratur secundum se. Alia prout comparatur ad potentiam actiuam. Tertia prout comparatur ad agens instrumentale.

Prima ergo ratio respicit ipsam materiam secundum se, quia, ut ait: sic conuenit sibi moueri, & pati; non autem mouere, & agere. Posset au-

**E** tem sic formari ratio: Illud, quod secundum solum habet, quod transmutetur, & patiatur, non autem q[uod] transmutet, & agat: non potest se ipsum facere in actu, nec sufficit ad generationem rerum, sed oportet præter hoc ponere causam agentem, & transmutantem: huiusmodi autem est materia, ergo &c.

**F** Secunda autem ratio Philosophi sumitur prout materia comparatur ad potentiam actiuam, nā si materia haberet in se potentiam actiuam: sic in materia ignis est calor, qui est potentia actiuam ignis; materia per huiusmodi potentiam actiuam posset agere in aliud, sed non in se. Vnde & ibidem dicitur: Ignis non videtur pati nisi motus. s. ab alio. Arguat ergo sic: Ignis cum potentia actiuam, quam habet in se, non potest seipsum mouere ad generationem: ergo multo magis ipsa materia secundum se accepta sine talis potentia, si ponetur nuda existere, non posset seipsum mouere ad aliiquid. præter ergo causam materialiem, oportet ponere causam agentem.

**G** Tertia autem ratio sumitur prout materia comparatur adagens instrumentale. Nam agens instrumentale nihil potest agere sine agente principali, ut serra nihil secare potest sine secante, sic ignis, & alia elementa, quia in agendo sunt organa supercelestium corporum, ergo nihil possunt agere nisi in virtute cœli. Arguat ergo sic: Materia est magis in potentia, & minus potens ad agendum: quam aliquid agens instrumentale, sed huiusmodi agens non potest aliqd facere per se ipsum sine agente principali, ergo nec materia poterit per se ipsum facere se in actu, sed oportebit ponere causam agentem.

**H** R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod si nauis actiuam esset in ligno, lignum moueret seipsum ad factionem nauis: sicut, quia in planta est virtus pullulativa: mouet seipsum planta ad productionem foliorum, & fructuum, sed esse tale est diuisibile in talia duo: quorum unum est per se mouens, & aliud per se motum. platta enim nutrit seipsum, & augmentat seipsum, sicut animal mouet seipsum localiter, quia est diuisibile in anima: quæ se habet, ut mouens, & corpus quod se habet ut motum, sic quodlibet animatum est diuisibile in nutritus, & in nutritum, in augmentans, & augmentatum: sed ex hoc non habetur, quod illud, quod est in potentia secundum q[uod] huiusmodi, se faciat in actu, nec quod aliquid moueat seipsum per se. Anima, n. plantæ per virtutem nutritiuam trahit humorem ad se, & conuertit ipsum in materiam plantæ, & ex hoc corpus platta nutritur. Sic & per virtutem augmentatiuam conuertendo alimentum: augmentat corpus, in qua est. corpus ergo plantæ se habet, ut nutritum, & augmentatum: anima autem per virtutem nutritiuam, & augmentatiuam, se habet, ut nutritus, & augmentans. Et si volumus, possumus dicere, quod prout est ibi actio, & passio, non ibi agit p[ro]p[ter] aliquid in seipsum, sed anima plantæ per potentiam nutritiuam, & augmentatiuam agit in humorem.

Animal que modo se moueat.

L. ix. de Ge. t. 24.

Parte 2. ha  
lus dist.

Lib. 2. de  
Ge. t. 23. 24.  
ss.

\* Alias: Nu  
trimentum.  
Augmen  
tatio quo sit.

humorem, vnde planta nutritur, & augmentatur. Sic & in proposito, si trahactiuia esset in ligno, esset aliqua pars ligni, vbi esset virtus activa, quæ se haberet, quasi semen maris, & ageret, & in aliam partem ligni, & facheret inde nauem, q̄ se haberet, vt menstruum sc̄minat. videamus. n.

Virtus affluita in grano frumenti. & vide hunc Doct. quo. II. 2. q. 12. Formicæ instinctus.

\* Graue à quo mouetur deorsum. CONTRA-DICTIO. \* Huic loco cōsimile legitur in 3. quoli. q. 3. Sed oppositū videtur esse lib. 1. post. t. c. 17. vbi ait: Ex mortuo fit finaliter vivum: & ex bone mortuo fit naturaliter bos viuus. Qd̄ videt̄ allude ad opinionem Averroëz. 7. Metaph. di- centis: Animal perfe- dum, vi ho- mo, produ- ci pot ex pu- trefactione, sicut rana.

Sed contra- dictio: vñ bra fugatur, si dicit̄ AE- gidi⁹ in Post. sic intelligatur: Ex bone mor- tuo. i. ex ma- teria, que re- dite potest sub eadem forma bo- uis, sub qua prius erat, potest fieri bos viuus, non idem in- merito, sed specie. Quæ in corrup- tur, teste Ar. 2. de ge- ne. non re- deunt eadē numero. At supra natu- raliter homi- mo idem nu- mero, nedū specie, refut- get. vt ait Iob. c. 19. lo- quens de re- surrect. Quæ 1. Deum vi- furus suego ipse. 1. ani- ma, & cor- pote: & nō aliud. 1. ego idem nume- ro. Aug. au- tē. 3. metr.

per simile in grano frumenti, quod in cuspidi de magis reseruat virtus activa, & se habet quasi semen matis: medium autem ipsius grani se habet quasi menstruum: vnde cū humore attrato sit germinatio. vnde dicitur, quod formicæ, naturali instinctu, à quolibet grano frumenti cuspidem ex utraque parte grani amputanti, vt granum illud non germinet. Habent ergo naturalia in se principium motus, & quietis. Sed nihil per se ipsum mouet se, nec seipsum facit in actu: Dato tamen, quod aliquid seipsum moueret: non propter hoc haberetur, quod materia seipsum faceret in actu, quia materia dicit potentiam puram: cui agere non potest competere.

Ad secundum dicendum, quod aqua calefacta reddit frigida, & mouet seipsum ad frigiditatem per accidens, sicut graue mouet seipsum deorsum per accidēs: \* Graue enim quantum est de se est deorsum semper. Si autem non est deorsum, hoc est per accidens, quia aliquid ipsum prohibet. A generante ergo mouetur graue deorsum, qui dedit ei tale naturam, cui quantum est de se semper competit esse deorsum: à seipso autem mouetur graue per accidens deorsum: remouendo prohibens & scindendo medium, sic quod in aqua fluat frigiditas, & quod à materia subiecta forma fluant accidentia, hoc est à generante, qui dedit talem formam, quam sequuntur talia accidentia. Quantuncunque ergo aqua sit calefacta, ex quo remanet ibi natura aquæ, remoto igne calefaciente, incipiet fluere à natura aquæ frigiditas, quia est proprium accidens eius, qua fluente remittetur caliditas, donec aqua sit totaliter frigida. Reducemus ergo hunc motum in generans, & in dantem formam, tanquam in causam principale, & per se. aqua enim non est in potentia essentialiter, vt fiat frigida, sed in potentia accidentaliter, quia quantum est de se, semper est frigida.

Ad tertium dicendum, q̄ ea, quæ sunt ex putrefactione, sunt imperfecta: ideo ad generationem talium sufficit cœlum, & elementa circūferentia, & materia putrefactibilis. \* Animalia autem perfecta ultra hoc requirunt similem in specie, quia ad generationem hominis, vel equi non sufficit Sol, & Materia, sed requiritur homo, & equus. Ideo dicit. 2. Phys. t. 26. Homo generat hominem ex materia, & sole: non tamen propter hoc ad ea, quæ generantur ex putrefactione, materia mouet seipsum, sed cœlum, & elementa circumstantia putrefaciunt materiam, & in alia, & alia materia inducit alia, & alia putrefactio. Ideo ex alia, & alia putrefactione inducta generatur aliud, & aliud animal. Ideo vult Cōmentator. 12. Metaph. Comm. 13. 18. & 60. q̄ putrefactio in talibus se habet sicut semen in animalibus generabilibus -

## ARTIC. II.

*An materia sit effectus alicuius agentis. Conclusio est affirmativa.*

D. Thom. 1. Summa. q. 44. art. 2. Et opus. 3. c. 69. 98. & 229. 230. Alex. de Aleſ. 1. par. q. 1. ar. 1. 2. & 3.

c. 14. d. Mod tuū fieri ex viuo, non è conuer- ſos intelligi- tur de code numero, vel de trā- mutatione immeſata. Hinc tit. lib. 8. met. t. 14. ait, Ex moruo fieri animal p lögā mutationē.

Arif. 1. Phys. t. c. 12.

E C V N D O queritur, dato q̄ præter materiam oporteat posse causam agentem: vitrum materia sit effectus alicuius agentis. Et videtur quod non, quia nullum agens agit, quod repugnat effectui: sed repugnat materia, q̄ fiat, vel q̄ corrumpatur, quia ipsa est ingenerabilis, & incorruptibilis.

Præterea si materia esset effectus alicuius agentis, potissimum esset effectus Dei, sed hoc est impossibile, quia, per se loquendo, nullum agens producit essentiam omnino sibi dissimilem: Deo autem, qui est actus purus, est materia omnino dissimilis: cum sit potentia pura: ergo, &c.

Præterea ex materia inuisa, vel ex forma infor- mi dicuntur facta esse omnia. Arguatur ergo sic: Quia per verbum Dei facta sunt oīa: cōsequens est, q̄ huiusmodi verbū nō sit factū: ergo quia ex materia inuisa factus est totus iste mundus visibili, & facta sunt omnia ista: cōsequens est, q̄ ipsa nō sit facta. Quod autem facta sint omnia ex ma- teria inuisa, patet per id, quod habetur. Sap. 1. 1. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua: quæ creauit orbem terrarum ex materia in- uisa, &c.

Præterea sicut illud, quod supponitur in probatione, nō probatur: sic illud, quod supponitur in factione, non sit: sed, vt dictum est, in factione rerum supponitur materia inuisa: ergo huiusmo- di materia non est facta, & per consequens nō est effectus alicuius.

I N C O N T R A R I V M est: Quia secūdū Dio. de diu. nom. demōstratis duobus, oportet al- terū eē ex altero, aut ambo ex tertio: vel oportet ergo, q̄ Deus, & materia sint ab aliquo tertio, vel quod vnum sit ab alio: Deus autem à nullo causatur: nec est ab alio essentialiter, omnia et- go alia sunt ab ipso.

## R E S O L V T I O.

Materia nullo modo est efficiens, & est eorum, quæ esse participant. Hinc Dei simpliciter effi- ciens, eam esse, non est ambigendū: alio- rum vero agentium secundū quid, quatenus per ea sub hac, vel illa forma existit.

R E S P O N D E O dicendum, quod tripli via inuestigare possumus materiā esse effectum alicuius

alicuius agentis. Prima via sumitur ex ipsa natura materia. Secunda est analogia entis. Tertia ex ordine effectuum.

Prima via sic patet: nam quod aliquid sit factibile, hoc est ex ipsa materia, vel ex ipso materiali principio, vel ex ipsa possibilitate rei, nihil enim est factibile, loquendo large de ipso factibili, prout se extendit ad omnem productum modum, nisi habeat in se materiam, vel aliquid materiale: unde est in potentia ad esse, & non est ipsum esse. Ipsae n. intelligentiae, ut dicitur in comedo non est positionis de causis, habet suum Hyleachim. i. suum materiale. Si ergo omnia propter hoc sunt effectus alicuius agentis, & sunt in potentia ad esse, & habent in se aliquid, quod est possibile esse, consequens est, quod ipsum posibile esse sit etiam effectus agentis. Dicimus ergo, quod quilibet creatum est compositum ex potentia, & actu, & ex hoc creatur, quia communicatur ei esse. In omni ergo productione potentia sit sub actu, & actus sit in potentia. Unde oportet tam actum, quam potentiam esse effectus ipsius agentis, non quod aliquod istorum fiat per se, sed quia sit in alio, vel sub alio.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex analogia entis. Imaginabimur quidem, quod quaecunque essentialiter differunt, se habeant secundum quedam ordinem in participando entitatem: nam materia minima participat de entitate, quam aliquid aliud, est enim prope nihil, ut vult August. & secundum Commentatorem, est medium inter ens, & nihil. oia autem alia participant plus de entitate, & hoc secundum quendam ordinem, quia formae se habent sicut numeri, ita quod sicut non sunt duo numeri aequaliter distantes ab unitate, & habentes aequales unitates, ita non sunt duæ species aequaliter distantes a Deo. Cum ergo hoc sit effici, quod participate entitatem; & hoc sic facere, quod communicare entitatem; materia, quae in infimo participat entitatem, quia ita participat entitatem, quod non potest alijs comunicare: ita habebit quod sit effectus, quod nullo modo habebit, quod sit efficiens. Ideo dicitur, quod materia, & efficiens nullo modo coincidunt in unum. Si ergo de alijs dubitaremus, utrum sint effectus alicuius agentis, quia videmus eas esse causas, & efficiere; De ipsa saltem materia dubitate non possumus, quin sit effectus, quia ita sit effectus, quod nullo modo efficiens. Ex ipsa ergo Analogia entis, quae sumitur secundum participare esse, dicemus quod quicquid participat esse, & non est ipsum esse purum, est effectus alicuius agentis, quia hoc est effici. scilicet habere esse ab alio, & participare esse per aliud. Et quia possimmo competit materia, quod participet esse, nullo modo dubitare debemus, quin sit effectus alicuius agentis. Eo ergo modo, quo materia accepit esse, sicut effectus agentis, ut si accepit esse in tempore, sicut veritas se habet, in tempore sicut effectus agentis. Si autem esset vera Philosophorum opinio, quod materia ab aeterno acceptisset esse, ab aeterno fuisset effectus agentis.

*Aug. 12.  
conf. To. 1.  
Comm. 1.  
Ph. 70.5. ph.  
7.12. Metr.  
11. & 14.*

*Ak. 2. Rhif.  
f.c. 70.*

A quod: n. non est ipsum esse, & quod a se non habet esse, est effectus eius, a quo accipire esse: & si accipit ab eo esse simpliciter, est effectus eius simpliciter: si accipit ab eo non esse simpliciter, sed in hoc: est effectus eius non simpliciter, sed in hoc. Materia ergo generabilium est effectus cuiuslibet generantis, generans enim generat compositum, & generando compositum generat, & causat materiam, & formam, sed non causat materialia simpliciter, quia erat materia in alio, antequam esset istud generabile generatum, sed quia non erat materia in hoc generabili, & quia non habebat hoc esse, ideo dicitur generans causare materialia non simpliciter, sed causare ipsam in hoc. Cuius autem sit effectus materia simpliciter, in prosequendo patebit.

B Tertia via ad hoc idem sumitur ex ordine effectuum. Nam si materia non esset effectus alicuius agentis, nullum agens in sua actione presupponeret materiam: Nam quod agens non possit aliquem effectum producere, nisi aliquo presupposito; hoc est, quia agens illud innititur alij agenti, & sicut agens innititur agenti: ita effectus innititur effectui. Propter quod oportet esse ordinem effectuum secundum ordinem agentium. Si ergo aliquod agens presupponeret materiam, quae non esset effectus alterius: illud agens non presupponeret alium effectum: cum non presupponeret, nisi materiam, quae dicitur non esse effectus. Dicere autem agens non presupponere aliud, in cuius virtute agat effectum, aut presupponere aliud, in quod recipiatur, est dicere oppositum in adiecto, quia agens, quod non innititur alteri agenti: est causa totius, quod autem est causa totius, nihil presupponit, quia nulla causa presupponit suum effectum: quoniam, ut dicebatur in arguendo, sicut, quod supponitur in probatione non probatur; ita, quod supponitur in factione, non efficitur. Dicamus ergo secundum Philosophum:

*2. Metaph.  
2.4.5.6.*

Semper primum in quolibet genere est causa omnium aliorum. Nam ibi dicitur: Si que ratur quid sit causa totius trinitatis: non ultimum, quia nullius est causa, quod finale est, nec medium, quia unius tantum est causa. ergo primum. Si ergo agens innititur alij agenti, non erit agens totius, & oportet, quod effectus innitatur effectui, & si non innititur alteri agenti, erit agens totius, & non oportebit, quod effectus innitatur alij effectui, ergo agens, quod presupponit materiam, quia non facit totum, suus effectus innititur alteri effectui, quod non posset esse nisi ipsa esset effectus alicuius agentis, ex ipso ergo ordine agentium, siue ex ipso ordine effectuum, patet materiam esse effectum alicuius agentis. Viso, quod materia est effectus alicuius agentis; leue est declarare cuius sit effectus, videtur enim August. imponere Philosophis gentilibus, quod materia non sit effectus Dei dicens: Verum in hoc errant quidam gentilium, quod eam. i. materiam tanquam coeternam Deo coniungunt, ut haec ab illo non sit, quamvis ab illo formetur. Magister igitur in hac lectione imponit Platonis, &

*Aug. con.  
tra Faustu  
to. 6.*

Materia  
quomodo  
generata.

## Quæstio II.

Arist. sent. tia de mate ria.

ni, & Aristoteli, quod materia sit increata, & sine principio: sed non est credibile, quod Arist. hoc fenserit, q̄ materia non sit effectus Dei, cū ipse dicat primum in quolibet genere esse causam omnium. Dicemus ergo secundum opinionem Philosophi, q̄ ab æterno fuit generatio, & corruptio rerum. Agentia ergo naturalia, quia expoliant materiam vna forma, & induunt ipsam alia, non sunt causa, vt dicebamus, materiae simpliciter, sed sunt causa materiae in hoc. Sicut enim agentia dant esse materiae, ita sunt causa eius. materia enim, ex qua fit aliquid, erat prius sub forma alia, quām inciperet esse sub ista forma. generans ergo non facit materiam esse simpliciter, sed facit eam esse sub hac forma. ideo generans non erit causa materiae simpliciter. quia non facit eam esse simpliciter: sed Deus, qui est agens primum, qui respicit totum esse rerum, est causa simpliciter cuiuslibet rei; ideo ipsa materia, simpliciter loquendo, est effectus Dei, secundum quid autem est effectus aliorum agentium. Dixisset enim Philosophus: q̄ materia simpliciter est effectus Dei, sed ab æterno fuit effectus eius, quia ab æterno habuit esse materia sub aliqua forma, licet non sit signare illum formam: Deus enim est ens primum, & est ens maximè, & est ens infinitum. In quantum est ens primum, consequens est, quod ipsa prima materia sit effectus eius. quia agens, quod in sui actione presupponit materiam, non est agens primum, nec ens primum, cum agat aliquo presupposito: Deus ergo, quia est ens primum, nō oportet, quod presupponat materiam, sed potest ipsam materiam producere: Rursus quia est ens maximè: ideo sua causalitas se potest extendere ad maximè distatia. hmoi aut est ipsa materia, quæ cum sit potentia pura, maximè distat à Deo, qui est actus purus: Deus ergo q̄a est maximè ens, potest causare ea, quæ inter creaturas sunt maximè entia, cuiusmodi est natura angelica, quæ est Deo propinquæ. & potest causare quæ sunt minima entia, cuiusmodi est materia prima, quæ est à Deo longinqua. Maximi enim entis, & maximè actiui est etiam usque ad longinqua suam virtutem extendere: est autem materia à Deo longinqua, nō situ, sed dissimilitudine. Vnde August. dicit: Vnde utique erat s. materia, nisi esset abs te, à quo sunt omnia in quantum sunt? sed tanto à te longius, quanto dissimilius. Vnde concludit ibidem: Duo quædam fecisti, vnum prope te, i. angelicam naturam, alterum prope nihil. i. ipsam materiam. Posset et declarari quod Deus sit productor materiae ratione suæ infinitatis, sed hoc in questione illa, cum queremus, vtrum Deus possit producere aliquid ex nihilo, diffusius ostendetur.

Att. 4. hu-  
ius q.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod contra naturam materię est, q̄ fiat naturaliter, quia agens naturale non generat nisi corruptendo, & non inducit nisi expoliando. ideo semper in sui actione presupponit materię: quā expoliat vna forma & induit alia; Sed non est

## Artic. III. 17

A contra naturam materię, quod fiat per agens di-  
uinum, quod potest agere nullo presupposito.

Ad secundum dicendum, quod materia multum est dissimilis Deo, sed non est omnino dissimilis, quia quod participat aliquo modo entitatem, aliquo modo imitatur id, qđ est ipsum esse, in quo omnis entitas reseruatur. potentia ergo pura multum distat ab actu puro, sed non est omnino dissimilis, eo q̄ aliquo modo participat entitatem. solum autem dissimile Deo, quod est ipsum nihil: & quod nullo modo participat entitatem, est sibi omnino dissimile.

Vel possumus dicere, q̄ materia non est effe-  
ctus Dei p se, sed vt est coniuncta actui. Sic aut considerata, vt est perfecta per actum, nō est om-  
nino dissimilis ab actu.

B Ad tertium dicendum, q̄ omnia, quæ sunt fa-  
cta ex aliquo sunt facta ex materia informi. be-  
ne ergo arguitur, quod materia non sit facta ex  
aliquo, cum omnia facta ex aliquo, sint facta ex  
materia. Vnde August. dicit, quod mundus ex Aug. de ve-  
ra Reth. to. 1.  
informi materia factus est, & ipsa, s. informis ma-  
teria facta est omnino de nihilo.

Ad quartū dicendum, q̄ materia supponitur in  
productione oīum, quæ sunt ex aliquo, non au-  
tem in productione omnium simpliciter. ma-  
teria ergo non fuit facta ex aliquo, sed omnino ex  
nihilo, vt per August. patuit, in productione. n.  
retum primo fuit facta materia omnino infor-  
mis, non primo, tempore: sed primo, origine. tē-  
pore enim materia nō præcessit omnem formā,  
sed fuit facta sub aliqua forma.

## A R T I C. III.

*An plura sint principia prima.  
Conclusio est negativa.*

Aegid. 1. sen. d. 2. q. 1. Et 2. Met. q. 15. Et 3. Theor. de esse, &  
essentia, q. 1. D. Tho. 2. sen. d. 1. q. 1. ar. 1. Et 1. Sūmē. q.  
44. art. 1. D. Bon. 2. sent. dist. 1. par. 1. art. 2. q. 1.  
& 2. Biel. d. 1. q. 2. Th. arg. d. 1. q. 1.  
Vgl. de Vrbc vet. d. 1. ar. 1.



D E R T I O queritur: dato, q̄ o-  
porteat materiam reducere in  
causam agentem, vtrum sit da-  
re plura principia agentia pri-  
ma, quorum vnum non sit ex  
alio, nec ambo ex tertio. Et  
videtur q̄ sic, quia secundum August. Malum cau-  
sa non est bonum: cum ergo reperiatur aliquod  
malum in mundo, queritur de illo, vtrum sit  
causatum ab aliquo, vel non: quia si non, tunc  
reperiuntur plura non causata ab alio, videlicet  
illud malum, quod ponitur non causatum, &  
etiam bonum, quia deuenire conuenit ad aliqd  
bonum ab alio non causatum: si vero illud ma-  
lum est causatum, non erit causatum à bono,  
quia, vt patuit per August. causa mali nō est bo-

Aegid. super ij. Sent. C num,

Aug. 12. de  
Ciu. Dei c. 1.  
To. 5.

num, erit ergo causatum a malo. quæretur ergo de illo malo, utrum sit causatum, non est autem abire in infinitum: erit ergo deuenire ad primū malum, quod erit causa omnium malorum. et tū itaque duo principia rerum simpliciter prima: non reducta in se inuicem, nec in aliud, videlicet primum malum, quod erit causa omnium malorum, & primum bonum, quod erit causa omnium bonorum.

L.1. de cęgo  
t.c. 44. & l.  
2. t.c. 13.

Præterea secundum Philosophum: Si vnum contrariorum est in natura, & reliquum. Sed summum bonum videtur contrariati summo malo: cum ergo sit dare in natura summum bonum, erit dare & summum malum. & per consequens erit dare duo principia omnino prima.

Præterea: aut malum habet causam per se, aut accidit præter intentionem agentis. Si habet causam per se; quia in his, quæ sunt per se, non est abire in infinitum; erit ergo deuenire ad primum malum, quod erit summum malum, & omnium malorum causa. non enim potest malum reduci in bonū, tanquam in per se causam, quia nū quām calidum p se infrigidat, nec ècōuerso, nullum enim oppositum reducitur in alterum oppositum tanquam in per se causam. quare si malum habet per se causam, reducetur in aliud malum, & illud in aliud: & quia, vt dictum est, non est abire in infinitum; erit deuenire ad primum malum omnium malorum causam. Quia si dicatur malum non habere per se causam, sed accidere præter intentionem agentis; Contra: Nam quod est tale, est in paucioribus. malum autem est in pluribus, ergo &c.

Peccare  
q̄at mor-  
dis contin-  
gat, vide Ar.  
libr. 3. Eth.  
ca. 1. vbi ej-  
nussum esse  
ait, ex igno-  
ratione, &  
ignorantie a-  
gere. idque  
à nos, non  
semel diſſi

Præterea distinguit Philosophus in li. Ethi. q̄ tripliciter nos peccare cōtingit: videlicet ex passione, ex ignorantia, & ex electione. Sic et distinguiunt Theologi, quod vel peccamus ex infirmitate, vel ex negligentia, vel ex certa malitia. Si ergo aliqui peccant ex electione, & ex certa malitia: ergo eligunt malum facere. Sed illud, quod cadit sub electione, non est præter intentionem agentis: quod autem est tale, habet per se causam: in habentibus autem per se causam est deuenire ad primum tale, quod est causa omnium aliorum. erit ergo deuenire ad primum malum, causam omnium malorum.

Præterea agens assimilat sibi passum, hoc est enim de ratione agentis producere sibi simile. si ergo omnia essent causata ab uno agente, omnia essent similia: quia quæ vni & eidem sunt similia, inter se sunt similia. Cum ergo videamus tantam dissimilitudinem, & disformitatem in rebus, videtur omnino esse ponendum, non omnia ab eodem principio processisse.

**I N C O N T R A R I V M** est Dionysius. 4. de di. no. qui ait: Binarius non est principium, sed unitas. non ergo reducimus res creatas in duo principia, sed in unum principium.

Præterea secundum eundem Dion. eodem libro, & cap. neque possibile est rerum existētiū duo contraria esse principia, quia illa in se inuicem essent omnino aduersantia. Cum ergo vi-

A deamus partes vniuersi se inuicare ad inuicem, & esse ad inuicem ordinatas, concluditur, q̄ omnia reducantur in unam causam, & in unū principium.

Præterea si esset date plura principia omnino prima, vel essent similia, vel contraria. Si similia, vel quodlibet per se sufficeret, & tunc alterum superflueret, vel unum non sufficeret sine alio, & tunc quodlibet est insufficiens: & neutrum esset primum, vel unum esset sufficiens per se, aliud non sufficiens: & tunc illud, quod esset sufficiens per se, esset primum, aliud autem nō. Non ergo essent Duo prima, sed unum primum. Nam hoc est esse primum agens non inniti alteri agenti, vel non indigere alioagente, sed esse per se sufficiens ad agendum. Si vero huiusmodi plura principia, quæ ponuntur simpliciter prima, non sunt similia, sed contraria, aut sunt æque potentia, aut non: quod si unum est impotentius, cum contraria se impedian, nihil causare poterit, nec erit simpliciter primum: si autem sint æque potentia, æque se impedian, nullum ergo ipsorum poterit aliquid producere.

Idem Tho.  
de arg.

## R E S O L V T I O.

*Deus cū sit summè simplex, & unus, quo nihil est nō participans: summè bonus, cuius est se dif-  
fundere: summè ens, in quo resuratur  
omne esse; Vnum primum prin-  
cipium, & non plura fate-  
mur. & obſtruant li-  
cet Manichæi.*

## C

**R E S P O N D E O** dicendum, quod Manichæi circa hanc materiam erraverunt ponentes duo principia omnium rerum, malum. s. & bonum. Deum. s. & dæmonem, vel Deū, & x Hylem, vt patet per August. in libro contra Faustum. Potuit aut̄ habere hęc opinio ortū ab antiquis Philosophantibus. Nam Empedo. posuit duo prima principia agentia, item. s. & amicitiam, vt patet ex lib. de generatione. Pythag. etiam posuit decem principia bonorum, & decem principia malorum. procesit enim Pythag. modo, mathematico, & per numeros, ponens causas rerum: & quia videt in rebus esse bonum, & malum, & videt numerum nō ire nisi usque ad decem, quia ultra decem non est nisi replicatio atsumptorum, posuit 10. principia bonorum, & 10. malorum. Quae autem sint illa principia, in primo Metaphys. enumerantur, & nos in quæstionibꝫ nostris de principio primo enumerauimus ea. Pirhago. ergo Manichæus, & Empedo. posuerunt plura prima principia agentia, non reducta in se inuicem, nec in alia. Quilibet autem illorum ex diuersitate effectuum, voluit arguere diuersitatem primorum principiorū. Et licet Empedo. magis visus sit attendere in effectibus contrarietatem, quia posuit contraria principia, item. s. & amicitiam: Manichæus autem, & Pythag. magis visi sunt considerare in effectibus perfectio-

\* To. 6.1.20.  
c. 1.4. & est  
decligere,  
vt Hyle, hy-  
les. i. mate-  
riae gen.

Ar. 1. Phys.  
t.48. & 1. de  
Gen.t.c.2.

D *1. Met. c.3.  
summa. 2.  
Quæst. de  
primo prin-  
edita à do-  
ctore ante.  
2. sent. sunt  
de esse, &  
essentia; &  
eadem cit-  
atio quæst. est  
infra art. 5.  
& alijs in  
locis.*

## Quæst. II.

*At. 10. Met.  
t. c. 15. &  
2. Phys. c. 15.  
4. Metaph. c.  
27. idem. 3.  
Phys. t. c. 5.*

fectionem, & defectum, vel bonitatem, & malitiam, quia posuerunt rerum principia bonum, & malum. vnum tamen potest ad aliud reduci. Nā in bono, & malo est aliquis modus oppositionis, vel contrarietatis, & in ipsis contrariis est aliquo modo bonum & malum, quia vnum contrariorum habet rationem priuationis respectu alterius: vt lis habet rationem priuationis & imperfecti respectu amicitiae, & frigidum respectu calidi, & nigrum respectu albi, & vniuersaliter in omnibus semper vnum contrariorum habet rationem priuationis respectu alterius; vnde dicitur, quod prima contrarietas est priuatio, & habitus, vbi Commentator ait, quod omnia contraria opponuntur secundum priuationem, & habitum, quia semper vilius contrariorum, vrdicit, habet rationem priuationis, vt amarum habet rationem priuationis, & dulcedo rationem habitus, & in alijs contrariis similiter, vbi semper vnum est vilius, aliud autem perfectius.

Reductis opinionibus ponentibus pluralitatem primorum principiorum quodammodo ad vnum, volumus assignare defectus sic opinantū. Dicemus autē, quod ponentes plura prima principia propter bonum, & malum, quae vident in rebus: vel propter contrarietatem, quam vidēt in entibus, propter sex defectus errant.

Primo quidem errant, quia credūt quod maiū sit substantia aliqua, vel natura. Nam si hoc opinantes præuidissent, quod malum nō est nisi priuatio boni, cum priuatio de se sit non ens, vt declarari habet primo Phys., cū non entis nō possit esse causa efficiens, sed deficiens; nūquām possūnt, quod esset dare aliquid omnino malū, quod esset causa omnium malorum, sicut est dare aliquid omnino bonum, quod est causa omnium bonorum. Nam omnino malum non est nisi omnino defectus, & omnino non ens, siue omnino nihil. Ideo dicit August. quod vitium, siue malum, nec in summo bono esse potest, nec nisi in aliquo bono. Et sequitur: Sola ergo bona alicubi esse possunt, sola autem mala nusquam. malum ergo non est nisi in bono, quia malum non est nisi priuatio, priuatio autem est negatio in subiecto, vt declarari potest in 4. Metaphy.

Cum ergo priuatio semper requirat aliquā subiectā naturā, & omnis natura secundū, q̄ huiusmodi bona sit, malū nō nisi in bono esse possit: bona ergo tāquām entia sunt alicubi, sed mala nusquam sunt tanq̄ entia, sed tanq̄ priuationes entiū. Ideo probat Dio. quod malum nec est existens, nec in existentibus. Malum enim non est existens, quia non est substantia; non est in existentibus, quia non est accidens, non enim malum est ens, quia vel esset ens existens, vel in existentibus; neutro autem modo est ens.

Reuertamur ergo ad propositū, & dicamus, q̄ vñus defectus sic opinantium fuit, quia crediderunt malum esse substantiam aliquam vel naturam, ideo conati sunt reducere ipsum in causam per se, & in causam efficiētem, quod esse nō posset, nisi esset dare primum, & summum malū

## Artic. III. 19

A omnium malorum causam. Hunc autem etrem quantum ad hunc defectum, destruit Aug.

*Cat. T. 9.*

*12. de Ciui. Dei: vbi ait: Nemo igitur querat efficiētem causam malæ voluntatis, non, n. vt ait, mala voluntas est efficiens, sed deficiens: nec illa, s. vt est mala, est effectio, sed defactio. Vnde ibi dem subdit: Hoc est incipere, malam voluntate habere, deficere ab eo, quod summè est. Secundum, n. ipsum in eodem libr. & cap. Sic causatur & malū, sicut auditur silentium, & videtur tenebra, & videre autem tenebram non est videre aliquid, sed est deficere à videndo, & audire silentiū non est audire aliquid, sed est deficere ab audiendo, sic facere malum, secundum quod huiusmodi, non est facere aliquid, sed est deficere à faciendo. vt si fornicatio est mala, non est mala secundum quod est actus aliquis, sed secundum quod deficit, & deuiat à lege Dei. Ipse enim actus habet causam efficiētem, sed ipsa inordinatio, vnde habet rationem mali, non habet causam efficiētem, sed deficientem. Hoc est enim inordinatè agere, ab ordine deficere, & ordinem non servare.*

\* Malū quo modo causetur.

\* Tenebra quo videat.

B Secundus defectus sic opinantium est, quia ex hoc, q̄ opinati sunt malum esse naturam aliquam: æstimauerunt naturam illam esse Deo contrariam, quia si credidissent naturam illam, quā credebant esse malam: non esse Deo contrariam, non oportuisset eos ponere duo principia, quia in vnum principium reduci potest quicquid illi, principio non contrariatur: Deo autem nihil potest esse contrarium; nisi quod non est. Intelligimus enim nomine Dei aliquid, qđ est ipsum esse, in quo reseruatur omne esse: quicquid ergo habet aliquid esse; secundum quod huiusmodi nō est Deo contrarium, nec dissimile. solum ergo illud erit dissimile sibi, quod non dicit *esse*, sed nō esse. Omnium ergo essentiarum, & omnium habentium esse, vt habent esse, causa est Deus. Nec oportet aliam causam primam ponere: cum ipsa sit causa omnis esse, & cum in eo omnis essendi ratio referuetur. Deo ergo nihil propriè contrariatur, quia nihil ei nocere potest. Sed accipiendo contrarium largè pro omni dissimili; nulla essentia, nullum esse est dissimile Deo, sed solū est dissimile non esse: propter non esse autem non oportet ponere naturam aliquam, vel principiū aliquid; quod efficiat ipsum non esse. quia non esse cum non sit; non potest habere causam efficiētem, sed deficientem. Hanc autem viam tangit Augustinus, cum dicit: Si naturæ, quæ summè est; qua faciente sunt quæcunque sunt contraria nulla natura est. Et subdit: Propterea Deo. i. summæ essentiae, & auctori omnium qualiuncunque essentiarum essentia nulla contraria est. Deo ergo quia est summa essentia, & quia in eo reseruatur omne esse; quodlibet esse, & quælibet essentia est ei similis, nō contraria: omnium enim essentiarum ipse est auctor. Et quia non debemus querere principia, & causas: nisi propter rerum essentias, & naturas, & propter esse, non propter non esse. Ideo non nisi vnum primum principiū est ponendum.

*Lib. 12. de Ciui. Dei. c. 3. To. 5.*

Et aride huic sentent. Axi. 12 Metaph. in fine dicens: Primo nihil ē contrarium. Oppositum tamen vide tur i The. 1. Phys. Sed vi de sol. in contrad. Zim.

**M**alum sim  
pliciter, &  
mala huius.  
Tertius defectus istorum fuit, quia crediderunt; quod est malum alicui, esse malum simpliciter, ut leonem crediderunt esse malum simpliciter, quia est malus huius, s. bestiae, quam deuorat, & venenum crediderunt esse malum simpliciter, quia nocet homini, quem venenat. Et quia videbant Manichaei in mundo esse multa talia mala, & multa sic nocua, non credentes talia posse reduci in unum summum bonum: posuerunt duo principia: unum à quo essent talia mala, & nocua: aliud, à quo essent bona, & proficia. Vnde & plerunque negabant Manichaei duos Deos esse, quia illud, à quo sunt mala, & nocua, secundum eos non merebatur dici Deus. Vnde Augustino disputanti contra Manichaeos: respondebat Faustus: Bonorum, & malorum duo principia consideritemur, sed unum ex his Deum vocamus: alterū Hylem: aut communiter, & vtritate dicimus demonem. Quia si tu o Augustine putas nos duos assignare Deos, audiens egestatem, & copiam: duas copias putabis, & venenum audiēs, & antidotū: nihil interesse putare: an vtrunque vocetur antidotum. Vnde idem Faustus omnem vim maleficam assignabat Hyle, sive demoni; beneficam autem Deo. Ergo Faustus Manichaeum sequens, qd videbat venenum nocuum, & antidotum proficiuum: posuit duo principia, à quorum uno esset nocua: ab alio proficia. Hunc autem errorem, & defectum reprehendit Augustinus ibidem, ubi ait, quod isti sic dicentes vituperare possunt sollem: quoniam quidem peccantes, vel debita non reddentes: poni à iudicibus iubentur ad solē. Vnde ibidem subdit, qd non ex commodo, vel incommmodo nostro, sed per seipsum considerata, natura dat artifici suo gloriam. ¶ Quælibet ergo natura simpliciter bona est, & quælibet à Deo est. Sed nō obstante, quod est simpliciter quælibet natura bona, potest esse huic mala, & nocua, sed propter hoc non oportet ponere duos Deos. Nam esse malum nocuum: est esse malum penit. à Deo autem bono propter iustitiam exercēdam infertur malum penit, licet ipse non faciat malum culpe, ut potest haberi ab Augustinus, qui duplex malum distinguit, s. culpe & penit, & subdit, Deum Auctorem esse mali penit dicens: Si Deum iustū fatemur: negare sacrilegum est, ut sicut bonis premissis, ita supplicia malis tribuat, quæ vtrique supplicia patientibus mala sunt. propter. n. antidotū, quod prodest, & venenum, quod nocet, non debemus ponere duo principia. nam male videnti, & antidotum obesse potest, & bene videnti prodesse venenum. Tyriaca enim, quæ venenum fugat: ex veneno, & quibusdam alijs est confecta.

**C**ontra Fa  
ustum. To. 6.  
ib. 20. c. 14.  
& 12. de Ci  
ui. c. 5. To. 5.

\*Naturaque  
libet simpli  
citer bona,  
& à Deo ē.  
August sub  
princip. t. li.  
de lib. ab.  
To. 1.

Malum pœ  
na à Deo,  
in malum cul  
pe ab hoīe.

Tyriaca ex  
veneno.

Quartus autem istorum defectus est, quia nō valde bona, vel minora bona crediderunt mala, ut quia ista corporalia sunt minora bona: crediderunt ea esse mala. Vnde dixerūt Manichaei, ista corporalia corruptibilia facta esse à malo principio. Sed propter maius, & minus bonum non oportet duo principia ponere. nam sicut ab eodē calido aliqua magis, & minus caeliunt: sic ab eo dem Deo bono fluxit tota multitudo rerum: vbi

A in aliquibus bonitas maior: in aliquibus minor reperitur. Bona enim corruptibilia secundum, qd huiusmodi: non sunt tam magna bona sicut perpetua: non tamen nulla bona sunt, quia corruptibilia sunt. Si ergo considerasset Manichaeus, qd omnis natura bona est: licet non omnis equè bona: non posuit set nisi unum principium, à quo est omne bonum, & magnum, & parvum bonū.

Quintus defectus istorum fuit, quia opinati sunt, quod omnia tam bona, quam mala per se, & directe sub sollicitudine, & prouidentia alicuius principij caderent, quod esse non posset: nisi sicut damus bonum principium, quod sollicitatur, & habet prouidentiam, vt bona fiant: sic daremus malum principium, & malum Deum, qui sollicitaret, & haberet prouidentiam, vt mala fierent, vnde & Commentator. in 12. Meta, dicit: Com. 52.

B Malum esse omnem sollicitudinem negare, & malum esse de omnibus equalē sollicitudinem ponere. Vnde ibidē dicit, qd hoc traxit quosdam ad dicendum esse duos Deos: quorū vnos creat bona, & aliis mala. Bona ergo per se cadūt sub prouidentia: mala autem quasi per accidens, & indirecte: in quantum ex malis bona elicuntur, vt ex malo culpe elicetur punitio. & bonaria iustitiae. Propter ergo mala, & bona: non oportet ponere duos Deos circa hęc sollicitos, & attētos, sed est unus Deus: sub cuius sollicitudine, & prouidentia cadunt bona directe: ea agendo, & faciendo, & mala indirecte: puniendo, & ex eis eliciendo bonum. Nam secundum Augustinum: nullo modo Deus permitteret mala fieri, nisi adeo omnipotens esset, vt posset de malis elicere bona.

C Sextus defectus istorum fuit, quia sic attendebant ad contrarietatem, & diversitatē in rebus, quod non attendebant ad unitatem, & conuenientiam, quam habebant. Differunt enim res, quia hęc est calida: illa frigida: hęc dulcis, illa amara: omnia tamen conueniunt in esse: nam esse calidum est aliquid esse, & esse frigidum est aliquid esse, & quia omnia entia habent aliquid esse, omnia sunt ab illo, in quo resuruntur oē esse. Quia ergo res contrarietatem habent ad inuicem: possunt habere contraria principia quantum ad ista principia causata, & secundaria: tamen quia omnia conueniunt in esse: omnium est unum principium, in quo resuruntur omne esse.

D Cum ergo queritur: vtrum sit dare plura prima principia non reducta in alia; si loquamur de primo in genere: est dare plura talia, quia est dare primam materiam non reductam in aliam materiam: & primum efficiēs non reductū in aliud efficiens. Sed si loquamur de primo simpliciter, non est dare plura principia simpliciter prima. Nam prima materia, licet nō reductatur in aliud principium materiale, nō est tamen principium simpliciter, quia reductur prima materia in primum principium efficiens, à quo per creationem est producta. Possimus autem dupli via declarare, quod unum est solum principiū, à quo omnia sunt producta.

Prima via sumitur ex esse eius: quæ iam tacta est.

Bona, & ma  
la qd cadat  
sub prouide  
tia: & illa  
quācum ad  
bene placit  
um: hac ve  
ro quantum  
ad non ita  
tantum.

Ench. To. 3.

Materia pri  
ma, an sit  
immediate  
à Deo, vide  
Sco. & Zim.  
Theor. 114.  
quasi ē fine.

## Quæstio II.

est. Nam cum Deus sit ipsum esse : in quo reservatur omne esse; oportet quod ipse sit causa omnium habentium esse, & quia in hoc conuenit omnia, quæ participant esse : oportet omnium esse unam causam.

Secunda via sumitur ex eius bonitate. Nam si boni est se diffundere : maximus boni est maximum se diffundere, & quia nihil est non participans bono: nihil est expers bonitatis diuinæ, & nihil est non causatum à Deo. Ipsa quoque materia, ut est pura potentia : est etiam quoddam bonum. nam bonum est non solum esse, sed etiam posse esse. Ipsa ergo materia est effectus Dei.

Potest etiam tertia via adduci ex unitate eius: nam ipse est maximum simplex, & maximum unus: in quo nullus est essentialiter numerus, & quia quod est maximum tale: est causa omnium aliorum: ipse qui est maximum unus erit causa unitatis in omnibus entibus: & quia nihil est non participans uno, ut vult Dionysius: nihil est, quod non sit effectus eius. Si ergo esset multi mundi, & infiniti mundi, quia qualibet res esset ens, una, & bona: qualibet esset effectus Dei, qui est summum ens, summum unus, & summum bonus.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod bonum non est causa mali, ut bonum, & ut est efficiens, sed est causa mali ut deficiens: malum ergo est causatum, sed est causatum à bono defectu. Vnde si malum dicimus esse causatum; erit causatum defectu, non effectu; propter quod non oportet mala reducere in summum malum, nam reducere omnia in unum aliquod, hoc per se est in habentibus causam efficiem, cuiusmodi non est malum. occasionaliter quidem sunt omnia mala ab uno malo, ut à culpa Luciferi: videtur omnis alia culpa introducta, sed hoc est occasionaliter, non per se. Si tamen nunquam peccasset diabolus: potuisset homo propria voluntate peccare, vel si noluisse homo: suadenti diabolo potuisset resistere. Non ergo ex necessitate, & per se, sed occasionaliter, & inductuè peccatum demonis fuit causa aliorum peccatorum: peccatum ergo, & malum habet causam deficiētē. Sed vnde venit iste defectus: Dicimus, quod hoc est ex defectibilitate, & ex veriabilitate voluntatis hominis: quæ malo consentit, & ex iustitia Dei, quæ hominem deserit: & potest esse ex astutia diaboli, quia malum suggerit. Vnde Augustinus contra Faustum ait: Aliud est venire malum de astutia suadentis, aliud de nequitia volentis, aliud de iustitia punientis. Cum diabolus suggerit: homo consentit: Deus deserit.

Ad secundum dicendum, quod hoc intelligendū est de yere contrarijs: quorum quodlibet dicit naturam aliquam, ut calidum, & frigidum: sed sic non contrarietur malum bono, sicut frigidum calido: quorum quodlibet dicit naturam aliquam: malum autem non dicit naturam, nec ens, sed priuationem entis. Si ergo esset dare summum malum, esset dare omnino nihil. Deo autem, qui est ipsum esse, nulla natura, & nulla essentia potest esse contraria, nec ei omnino dissimilis. Solum ergo il-

## Artic. III. 21

A Iud est Deus omnino dissimile, quod est omnino non ens, & quia nihil est tale: nihil est, cuius non sit causa Deus.

Ad tertium dicendum, quod quidam respondent malum esse in paucioribus, quia vel loquimur de malo naturæ, vel de malo moris. Si de malo naturæ, sic sunt aliqua mala, & aliqua inordinata in ipsis inferioribus, ubi multa talia mala accidunt ex necessitate materiæ. Sed ista inferiora, ubi aliqua accedit inordinatio, modica sunt respectu super celestium corporum, quæ secundum cursum naturæ semper retinent suum ordinem. Si autem loquamur de malo moris, vel de malo culpe, vel hoc est prout in Angelis, & tunc est in paucioribus, quia plures temerarunt, quam ceciderunt. Si in hominibus: cum in homine sit sensus, & ratio: in ipsis, qui volunt sequi rationem, pauci deficiunt à bono. Nam si volumus rationem sequi, & sit voluntas firma, ut plurimum consequimur bonum. In ipsis vero, qui volunt sequi sensum, est idem iudicium, sicut est de brutis: tales non consequuntur bonum, sed bonum secundum sensum: consequuntur enim ut plurimum, quod est bonum eis, non ut sunt rationales, sed ut sunt sensuales.

Sed hæc responsio non videtur sufficere, quia eti omnes Angeli peccaserunt, adhuc malum culpe esset præter intentionem, & causam: & non esset in paucioribus; eti omnia essent corruptibilia, corruptio, quæ est quoddam malum naturæ, esset præter intentionem, & causam, & non esset in paucioribus. Dicamus ergo, quod esse præter intentionem est dupliciter, quia aliqua sunt præter intentionem agentis, quæ sunt fortuita, & improuisa, & talia sunt in paucioribus. Aliqua autem sunt de necessitate annexa actioni agentis, ut naturali generationi necessario annexa corruptio, & talia non oportet esse in paucioribus. Sic autem est de malo culpe, nam inordinatio, quæ est ibi, non oportet, quod sit fortuita, & improuisa, optimè non potest scire fornicator, quod fornicatio habet conuolutam malitiam, & habet annexam inordinationem.

Ad quartum dicendum, quod peccantes ex electione eligunt maleficere, non quod eligant ipsam inordinationem, quia non nemo aspiciens ad malum agit, ut vult Dionysius. Sed dicuntur peccare ex electione, quia electione agunt actum: cui est connexa malitia, & inordinatio. Nam non est idem iudicium de eo, qui fornicatur, quia ignorat fornicationem esse malam: & de eo, qui fornicatur, non quia placeat sibi fornicari, sed quia ex passione impellitur ad fornicandum: & de eo, qui fornicatur, quia ex assuetudine fornicandi, iam acquisivit habitum, & eligit actum fornicationis. Dicitur ergo talis peccare ex electione, non quod eligat ipsam inordinationem, quæ semper est præter intentionem: sed quia, ut diximus, eligit actionem; cui est annexa inordinatio.

Ad quintum dicendum, quod licet causata sint dissimilia, sunt eti omnia similia, quia omnia

Malum in paucioribus.

Angeli plures reparaverunt, quam ceciderunt.

\* Nemo facit malum, ut malum. Cap. 4. dedi vi. nom.

alia conueniunt in ente, ideo omnia sunt causata ab uno ente.

## ARTIC. IIII.

*An posse aliquid produci ex nihilo per creationem. Conclusio est affirmativa.*

Aegidius de esse, & essentia, q. 3. D. Thom, t. p. q. 45. art. 2.  
Et 2. sent. d. 1. ar. 2. Et contr. Gent. l. 2. c. 16. & 19. Guill.  
Voril. d. 1. q. 1. Sco. d. 1. q. 2. Dur. d. 1. q. 1.



V A R T O quæritur: vtrum ab hoc primo principio uno posse aliquid produci ex nihilo, & per creationem.

Et videtur quod nō, quia nūl lum agens facit, quod impossibile est fieri; nā quod impossibile est fieri, necesse est non fieri; quod autem necesse est nō fieri, nūquām sit. omne ergo agens facit, quod possibile est fieri, sed quod possibile est fieri, est in potentia: ergo omne agens presupponit ens in potentia, sed nihil tale facit aliquid ex nihilo: ergo, &c.

Præterea nullum agens potest contradictria, nam ipse Deus hoc priuatur, ingenita facere, quæ utique facta sunt, vt dicitur in 6. Eth. Sed dicere aliquid fieri ex nihilo implicat contradictionem, nam quod sit, mutatur, & vadit de potentia ad actum, mutatio autē est terminus motus, motus autem non est sine ente in potentia. Dicendo ergo aliquid fieri ex nihilo rōne, quæ dicitur fieri, presupponit ens in potentia: ratione, quæ dicitur ex nihilo, tollit ens in potentia; ergo ibi implicatur contradic.

Præterea omnia vel sunt de genere permanētium, vel de genere successiuorum, sed successiua nō possunt fieri ex nihilo, quia nihil tale potest esse sine suo subiecto, vt non potest esse motus sine mobili, permanentia etiam non possunt fieri ex nihilo, quia tunc simul esset in eis fieri, & factum esse, quo posito, simul esset, & nō essent, nam permanens cum sit, non est: cum autem factum est, est. Si ergo aliquod permanens simul fieret, & factum esset: simul esset, & nō esset, quod non est conueniens dicere.

Præterea si aliquid creat, per creationē creatur, cum ergo ipsa creatio rerum sit in tempore: oportet, qd & ipsa creatio sit creatura, ergo creatio aliqua creatione creabitur: & qd non est abire in infinitum, nulla est rerum creatio.

IN CONTRARIUM est, quod dicitur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlum, & terram, &c. Et August. de fide ad Petrum dicit: Firmissime tene, & nullatenus dubites, sanctam Trinitatem solū verum Deum terū omniū esse visibilium, & in visibiliū creatorem.

## Pars I.

## RESOLVTO.

Deus, cum sit primum, & principale agens immediate per suam essentiam, & illimitata virutis (non agens naturale) effectum absque suppositione effectus producere potest.

R E S P O N D E O dicendum, quod si volu-

Forms an-

mus nomen factiois extendere ad omne, quod habet essentiā causatam, vt dicamus, qd ipsa forma est facta, quia est ab alio causata, sic accipiendo fieri ex nihilo, quicquid non fit ex aliquo, qd est ipsum, vel pars ipsius; cogimur dicere, qd fiat ex nihilo, vt etiam agētia naturalia sic facere dicantur aliquid ex nihilo, largè loquendo de fieri ex nihilo. Nam per agentia naturalia inducitur forma in materia, forma autem nec est elemētum, nec ex elemētis, vt probatur circa finem. 7.

T. c. 61.

Met, ergo forma nec est facta ex aliquo, quod sit ipsa, quia nō est elemētum: nec quod sit pars ipsius, quia non est ex elementis. cum ergo non sit facta forma ex aliquo, sequitur quod sit facta ex nihilo. Ad hanc autem, & consimilem difficultatem vitandam Anaxagoras ne cogeretur ponere aliquid fieri ex nihilo, posuit latitationē omnium formarum in materia, & latitationem omnium in omnibus, vnde dixit quodlibet esse in quolibet. Videbat enim quantum ad ea, quæ sunt in sphera actiutorum, & passiutorum, vel immediate, vel saltem p multa media, ex quolibet fieri quodlibet: ideo dixit i quolibet esse quodlibet, ponens generationem nihil esse aliud, quā exitum à manente, vel quām extractionem aliquius ab eo, i quo manebat: vt si fiat aer ex aqua; erat prius verē aer ille in aqua, sed non apparebat, nihil ergo erat aliud secundum ipsum generatio, nisi rerum detectio, sicut, si diceremus, limam nullam claritatem facere in ferro, sed solū remouere rubiginem prohibentem apparere huiusmodi claritatem. Vnde dixisset Anaxagoras: Sicut erat claritas in ferro, ante amotionem rubiginis; sic ante, quām esset hæc res genita, vēre, & actualiter erat in eo, vnde est genita, sed non apparebat.

Anaxago-  
ras in lib. 1.  
Art. xx. 35.

C Sed hēc positio sufficieret improbata est in primo Phyl. nā non videmus sic fieri generationem, sicut exitum à manente, vt qd hoc modo generetur aer ex aqua: quia exeat ex aqua: sicut exit liquor ex vase, vel ex aliquo continente: immo agentia naturalia alterant, & transmutat materiam: quod faciendo inducunt formam. Propter hanc autem eandem difficultatem plures moderni Doctores anxietatem animi patentes: quomodo incipiat esse forma in materia: si nihil de forma ante erat in ipsa, & tamen non fiat aliquid ex nihilo, quia hoc fuit, quod omnes Philophantes perterriti; ne cogerentur posse aliquid fieri ex nihilo, vt dicitur in primo de generatione: volentes hoc vitare: dixerunt aliqd de forma esse in materia ante introductionē formæ: qd quidam vocauerunt inchoatiū formæ: quidam

Anaxago-  
ras de laita-  
tione for-  
matum.

D Sed hēc positio sufficieret improbata est in primo Phyl. nā non videmus sic fieri generationem, sicut exitum à manente, vt qd hoc modo generetur aer ex aqua: quia exeat ex aqua: sicut exit liquor ex vase, vel ex aliquo continente: immo agentia naturalia alterant, & transmutat materiam: quod faciendo inducunt formam. Propter hanc autem eandem difficultatem plures moderni Doctores anxietatem animi patentes: quomodo incipiat esse forma in materia: si nihil de forma ante erat in ipsa, & tamen non fiat aliquid ex nihilo, quia hoc fuit, quod omnes Philophantes perterriti; ne cogerentur posse aliquid fieri ex nihilo, vt dicitur in primo de generatione: volentes hoc vitare: dixerunt aliqd de forma esse in materia ante introductionē formæ: qd quidam vocauerunt inchoatiū formæ: quidam

Art. II. 1. Phy-  
sic. c. 33.

T. c. 11. 12.

Inchoatiū  
formatum.

Inchoatiū  
formarum.

quidam potentiam actiuaam materiæ. Dicebant ergo, q̄ forma nō sit ex nihilo, sed ex illo inchoatiō formæ: vel ex illa potentia actiua in materia præcedente formam, sit forma.

Sed hæc positiō redit in positionem Anaxagoræ: quia quæritur de illo inchoatiō, vel de illa actiua potentia: utrum sit tota forma, vel pars formæ: q̄ si tota: ergo latebat forma tota in materia prius, quām esset generata: quod est ponere positionem Anaxagoræ. Non autem dici potest huiusmodi inchoatiuum, vel actiuaē potentia non esse totam formam, sed partem. quia forma est simplici essentiā consistens: non habens secundum se partem, & partem, secundum q̄ hic loquimur de parte: dato tamen, q̄ haberet partes; eadem difficultas esset de illa parte formæ, quæ nō erat in materia: vnde est facta: Propter hoc dixerunt & alij moderni temporis: q̄ tota forma est in materia: ita q̄ est ibi tota essentia, sed non est ibi esse: ita q̄ hoc facit generans: q̄ inducit esse: vnde & generatio, vt dicunt, dicta est via in esse.

Ex Ar. li. 2.  
2. phys. c. 14.

Sed huiusmodi positiones infra improbari poterunt: vbi quæretur de potentia actiua in materia: nunc autem prout ad præsentem quæstiōnem spectat: dicemus, q̄ non euacuat diffi-  
cultas: quæremus enim de huiusmodi esse, sicut q̄-  
rebamus de forma: utrum secundum se totū, vel  
secundum aliquam sui partem: vel nihil de ipso  
præfuerit in materia, vel oportēvit ergo, q̄ factū  
sit ex nihilo: vel quod prius in materia lateret.  
Philosophus autem in septimo Metaphysicæ,  
& expoñtores eius super hoc sustentati sunt, q̄  
non fiat materia, nec forma, sed compositū: ideo  
nihil sit ex nihilo: quia cōpositū, quod fit p̄-  
priè: non fit ex nihilo, sed ex materia, quæ est ma-  
ter omnium, & est cuiuslibet generationis subie-  
ctum. Non ergo negat Philosophus, quod non  
incipiat aliquid esse in materia, de quo prius ni-  
hil erat in ipsa, nam de forma nouiter per gene-  
rationē inducta in materia nihil prius erat: nec  
tū propter hoc forma fit ex nihilo: q̄a non fit per  
se, sed fit in alio. Cū enim forma in alio dicat cō-  
positū, si fit forma in alio: nō fit forma, sed cōpo-  
sitū. Ad bene ergo euacuandā difficultatē quæ-  
stiōnis: videlicet quomodo Deus posit facere  
aliquid ex nihilo, videndum est, quid sit fieri ex  
nihilo, & quomodo Philosophus per huiusmo-  
di verba euacuet difficultatem, quod forma nō  
fit ex nihilo. Dicemus ergo quod fieri ex nihilo  
est fieri nihilo præsupposito, & facere effectū ex  
nihilo est facere effectū non præsupponentem  
aliū effectū, sed si fit forma ex transmutatio-  
ne materiæ: non fit ex nihilo: quia fit effectus in  
effectū, vel fit effectus præsupponens alium effec-  
tū. Ideo dicit Commentator in 12. Metaphy-  
sicæ, q̄ si aliquid fieret sine transmutatione: tunc  
aliquid fieret ex nihilo, si ergo forma fieret per  
se, & non per transmutationem materiæ: fieret  
ex nihilo. Sic ergo imaginabimur, quod agentia  
naturalia agunt, & non faciunt aliquid ex nihilo.  
Nam Deus creavit materiam, & hunc suū ef-  
fectū, s. materiam substrauit omnibus agenti-

Tex. c. 26.  
& 27.Forma an-  
fici. 7. Met.  
t. c. 27. 28.Fieri ex ni-  
hilo quid.

A bus naturalibus. Faciendo ergo hunc effectū, s. materiam, & substrando eam agentibus naturalibus: indidit materiæ, quod per transmutatiōnem naturalem posset ex ea educi forma: Agentia ergo naturalia nō agunt ex nihilo omnes effectus, quos faciunt, præsupponunt enim hunc effectū Dei, s. materiā: ex cuius naturali transmutatiōne hunc huiusmodi effectus. Philosophus ergo sufficieret evadit: quod forma non fiat ex nihilo: ex quo non fit per se, sed fit in alio. Et vt melius appareat veritas quæstī: quomodo aliqd fiat ex nihilo: dicamus quod tripliciter dicitur fieri aliquid ex nihilo.

Fieri q̄d  
ex nihilo,  
tripliciter  
contingit.

B Primo modo si nō fiat in aliquo: nec ex aliquo præiacente. quia qđ sic fit, est effectus non præsupponens alium effectū, & facere effectū non præsupponentem alium effectū, est agere nullo præsupposito, & per cōsequens est agere ex nihilo. Si ergo fieret forma per se: non in materia præiacente: & si fieret compositum non ex materia præiacente: huiusmodi effectus esset ex nihilo, quia esset nullo alio effectū præsupposito. Loquendo ergo largè de fieri: si transmutando materia, fit forma in materia præiacente, vel fit cōponitum ex huiusmodi materia: huiusmodi effectus non erit ex nihilo, quia erit ex suppositione alterius effectus: videlicet ex suppositione præiacentis materiae.

C Secundo dicitur aliquid fieri ex nihilo: dato q̄ fiat in alio: si possit existere sine illo, & sic anima rationalis fit ex nihilo. quia etsi creetur in corpo-  
re, quia in creādo infunditur, & infundēdo crea-  
tur: tamen quia corrupto corpore, non corrum-  
pitur huiusmodi anima, & potest esse talis anima  
sine corpore: Ideo dicitur, & bene facta ex nihilo. Nam si non fieret ex transmutatione materiæ  
secundum naturæ cursum, & forte simpliciter nō  
posset esse sine materia: eo ergo ipso, q̄ anima  
potest existere corrupto corpore, & sine corpora-  
li materia: ad productionem ipsius non sufficit  
transmutatio materialis corporalis. Et quia hoc est  
fieri effectū ex nihilo: quando fit effectus, ad quē  
non sufficit transmutatio naturalis alterius effec-  
tus, vt accipiamus transmutationem largè pro  
omni innovatione: Ideo anima rationalis dicitur  
esse producta ex nihilo.

Anima hu-  
mana que-  
modo fiat  
ex nihilo.

D Aduertendum tamen, quod quando dicimus  
formam materialeū nō posse esse sine materia:  
non solum secundum naturæ cursum, sed forte  
simpliciter; semper quantitatē intelligimus es-  
se exceptam. Nec est mirum si miraculosē quan-  
titas potest esse sine subiecto, quia & per se indi-  
viduatur, & etiam quia ad quantitatē maiorē,  
vel minorem propriè non est motus ex sola tra-  
nsmutatione, sed ex additione, vel subtractione ei⁹.  
Nam non fit augmentum propriè, nullo addito:  
nec diminutio, nullo subtractio, vt declarari hēt  
in primo de generatione. Vnde non sic compara-  
tur materia ad quantitatē, sicut ad alijs formas  
materiales de ipsa eductas: sive sint substātales,  
sive accidentales: nec est similis ratio de quantita-  
te, & de alijs formis.

Quantitas  
miraculosē  
sine subiec-  
to.T. c. 33. c. de  
augm.

Tertio

*Gratia quō ex nihilo.*

*Gradus co-  
rū, quā fuit  
ex nihilo.*

*Declaratio  
difficultatis  
articuli.*

*Differentia  
triplex in-  
ter agēs na-  
turale, & di-  
vinum.*

*Deus cur alii  
quid ex ni-  
hilo, facere  
posit, indi-  
catur tribus  
vix.*

*Cas. To. 3.*

Tertio modo dicitur aliquid fieri ex nihilo: dato q̄ fiat in aliquo, & quod non possit esse sine illo; tamen non naturaliter fit in illo: & hoc modo dicitur gratia creari ex nihilo: quia, & si fiat in anima, & si non possit esse sine anima, in qua sit: tamen quia naturalis transmutatio, vel naturalis quæcumque innovatio animæ non sufficit ad habendam gratiam: dicitur gratia creari ex nihilo. Nam tunc non fit aliquid ex nihilo, quādo sic effetus presupponit effectū: quod ex naturali actione circa aliquem effectum fit huiusmodi effectus: ergo si effectus non presupponit effectum, vel si possit esse sine effectu alio, vel si non ex naturali actione circa aliquē effectū fiat huiusmodi effectus, dicetur talis effectus fieri ex nihilo. In ipso tñ fieri ex nihilo erunt gradus: q̄a pluribus modis fit ex nihilo. i. nullo presupposito: primo quando fit forma, quæ nec fit in materia, nec indiget materia: cuiusmodi est natura angelica. Secundo quando creatur in materia: potest tamē esse sine materia: cuiusmodi est anima rationalis. Tertio quando fit in aliquo, & nō potest esse sine illo: tamen non fit naturaliter in illo: sicut fit vel creetur gratia in anima. Facere ergo aliquid ex nihilo, est facere effectū nullo modo presupponentem, vel ad sui esse non indigētem alio effectu, vel facere effectum non naturaliter, sed supernaturaliter inductum in aliud effectum.

Cum ergo queritur: Vtrum Deus possit facere aliquid ex nihilo, est quætere vtrum possit facere aliquem effectum absque presuppositione alterius effectus. Declarabimus autem triplici via, quod Deus hoc potest, & non agens naturale secundum triplicem differentiam, quam assignabimus inter hoc agens, & illud. Nam per ista naturalia, & per hæc sensibilia possumus ascendere ad intelligibilia. Differt enim primo agens naturale à Deo: quia agit per virtutem additam: Deus autem per suam essentiam. Secundo differt: quia huiusmodi agens est virtutis limitate, Deus autem est virtutis infinita. Tertio differt, quia huiusmodi agens naturale, est agens secundum, & instrumentale: Deus autē est agens primum, & principale. Ex omnibus autem his differentijs: quasi tribus vijs possumus propositum declarare.

Prima via sic patet: Nam agens naturale agit per virtutem additam suæ essentiæ. i. agit per virtutem, quæ est accidens; agit enim per virtutem, quæ est naturalis potentia: sive quæ est qualitas, Deus autem agit immediatè per suam essentiā, quia sua essentia est sua virtus. Cum enim ipse sit simplicissimus: nihil est in eo, qđ non fit idē, quod ipse, & sua substantia. In ipso, n. nihil est p. accidens, vt vult Augustinus 5. de Trinitate. Alia autem agentia: quia habent virtutem superadditam substantia: agunt per aliquid, quod est accidens: nam virtus addita substantia: non est ipsa substantia, sed accedit substantia. Ideo dicitur in commento vigesimæ propositionis de causis, q̄ Deus in agendo non indiget continua-

A tore: alia autem agentia indigent continuatore. Deus enim, qui agit per suam essentiam: coniungit se suo effectui. Nihil ergo est mediū, vel nulla est virtus alia media: continuans, vel coniungens Deū suo effectui. Sed alia agēta, quia agunt per virtutem additam, agunt per cōtinuatorē. i. agunt per virtutem continuantem rem agentē suo effectui.

Dicamus ergo, quod quātū ad præsens spectat: sic se habebit agens naturale ad agens diuinū in agendo: sicut intellectus noster ad intellectum diuinum in intelligendo. Nam quia & Deus intelligit per suam essentiam: cū sua essentia prius sit repræsentativa sui ipsius, quām aliorum: consequens est, quod Deus primo, & principaliter intelligit se, & intelligendo se intelligat alia. Intellectus autem noster econtrario, vt quia nihil intelligit per se, sed solum intelligit informatus speciebus aliorum, quā species aliorum primo, & per se ducunt in cognitionem illorum, quorū sunt species: consequēs est, quod intellectus noster intelligendo alia intelligat se. Sic suo modo est in proposito. Nam sicut intelligere est per assimilationem, sic & actio secundum quod præsens materia patitur, est secundum quandam assimilationem, nam agens in agendo assimilat sibi paclum. Agens ergo naturale, q̄a agit per virtutem actiūam: quæ est quoddam accidens, & quādam qualitas continuans causam agentem cum effectu: primo & per se huiusmodi agens non causabit in passo substantiam, sed accidens: nam cum agat per virtutem, quæ est accidens: illud, quod primo inducetur per huiusmodi virtutē, erit simile virtuti, & erit accidens: vt ignis, quia non habet virtutem actiūam: vt Commentator dicit, nisi calorem: ideo primum, quod inducit est calor, & p. se non nisi calefaciendo agit. Hoc ergo modo agens naturale causat substantiam cauſando accidens, vt ignis calefaciendo generat ignem. Et quia primum inductum ab agente naturali semper est aliquid accidens: q̄a non nisi per virtutem accidentalem agit, cū accidens semper requirat aliquid, in quo recipiatur: tale agens non potest agere nullo presupposito. Deus autem, qui agit immediate per suam substantiam, potest ipsam substantiam producere immediate. Et quia substantia est omniū aliorum fundamentum, & secundum quod huiusmodi ad sui esse non indiget alio, in quo recipiatur, poterit Deus agere nō presupponēdo aliud, sic quod poterit ipsam substantiam immediate producere, & in substantia producere alia: & q̄a hoc est creare, & hoc est facere aliquid ex nihilo: consequens est, quod ipse hoc posuit: patet ergo, si in hoc tantum sūstimus, quod actio Dei est sua substantia, & quod ipse agit per suam substantiam: nondum habemus intentum. Sed si ex hoc vltierius procedamus: quod potest immediate ipsam substantiam producere, quæ secundum quod huiusmodi non fundatur in alio, tanquam in subiecto, sed est aliorum fundamentum: habebimus, q̄ poterit agere effectum non fundatum

\* Intellectus  
Dei quō dicit  
ferat ab hu-  
mano in in-  
telligendo.

Actio nat-  
ralis qualis

Ignis actiu-  
virtus qua-  
lis. b. 5. i. e.  
t. c. 8. 12.  
Met. t. c. 18

Actio diui-  
na qualis.

## Quæstio II.

fundatum in alio effectu, & per consequens, q̄ potest agere nullo præsupposito. Hoc autem apparet, quia si agens naturale causat substantiam, causabit substantiam, quæ est forma: nō autem substantiam, quæ est materia. Nam cum incipiat ab accidentibus, poterit per accidētia tollere ipsam formam, sed non poterit per accidētia tollere ipsam materiam: cum non sicut huiusmodi accidētia nisi ex transmutatione materia. Deus vero, quia in agendo potest incipere ab ipsa substantia, non oportet, quod præsupponat transmutationem alicuius, sed poterit totum producere.

Secunda via sic patet: Nam cum agens naturale sit virtutis limitata: non agit actionem realē in instanti: nec faciet effectum suum realem in instanti, sed prius disponet ad suum effectum, quām ipsum faciat. Quicquid autem agit sic disponēdo, præsupponit illud, quod disponit. Ideo non potest agere nullo præsupposito. Deus autem, quia est virtutis infinita: quia secundum q̄ augetur virtus, diminuitur tēpus, vt potest patere in demonstrationibus circa finem. 7. Phys. poterit agere in instanti. Ideo non oportet, quod prius disponat, & postea efficiat: quia poterit totū simul facere: ppter quod poterit agere, nullo præsupposito. Quod enim non indiget dispositione materia, non indiget ipsa materia. Nam ideo agentia indigent materia, vt transmutando materiam disponant eam, & inducant formam.

Si ergo esset tale agens: quod ad nutum eius fieret materia disposita: non indigeret dispositione materia: posset enim sine transmutatione aliquid facere. Comment. autem in 12. Meta. vt patuit pro eodem habet facere aliquid sine transmutatione, & facere aliquid ex nihilo. Agens enim, quod potest agere absque transmutatione materia: habet posse in ipsam materiam, & quia immediatè habet posse in ipsam materiam: consequens est, quod eius effectus sit ipsa materia; & per consequens poterit agere, nullo præsupposito.

Tertia via sic ostenditur. Nam quia agentia naturalia sunt agentia secundaria: ideo agunt sicut organa, & sicut instrumenta agentis primi. De ratione autem instrumenti est, quod agat motum: sicut ergo talia agentia non agunt nisi mota: sic non agunt nisi mouendo, & transmutando: & quia motus, & transmutatio requirunt aliquid, in quo recipiantur, non poterunt talia agentia agere nullo præsupposito. Deus autem quia potest agere sine transmutatione, & motu: cum sit agens principale, & à nullo alio motus, poterit agere nullo præsupposito. Possimus autem, & hanc consequentiam clarius ostendere. Nam quia Deus est agens principale, & primum: nihil est, quod non sit effectus eius: quia semper agens principale, & primum in omni genere est causa omnium aliorum, quæ sunt prius, & quia nulla causa præsupponit effectum suum: quia quod efficitur ab aliquo non præsupponitur ab illo: consequens est, quod possit Deus agere nul-

## Artic. IIII. 25

A lo præsupposito, & q̄ nihil oporteat ipsū in agendo præsupponere: cum omnia sint effectus eius.

Agentia vero alia, quia sunt agentia secundaria, non extendunt se ad totum: nec faciunt totum: ideo in agendo aliquid præsupponunt. Alia enī agentia dicuntur non facere totum, i.e. non facere quamlibet partē totius simpliciter: licet faciant, & causet quamlibet partem, vel simpliciter, vel in aliquo, vt agens naturale generans ignem cōpositum ex materia, & forma, facit materiam, & formam non simpliciter. Nam licet possit dici, q̄ causet formam simpliciter: quia huiusmodi forma antea non fuit: materiam tamen non facit simpliciter, sed facit eam in aliquo, erat, n. ante huiusmodi materia, sed non erat in hoc igne genito: nec erat sub eius forma. Et quia hoc facit agens: dicitur facete totum, & dicitur cauſate, & facete modo, quo diximus, ipsam materiam.

Agens naturale totum facere non potest.

Materiam quo modo facit.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod aliquid dicitur possibile fieri duplicitate, vel quia est in potentia materia, vel quia est solum in potentia agentis. Primo modo est aliquid possibile apud causas naturales: nam nihil est possibile secundum naturalia agentia; nisi qd est in potentia passiva alicuius. Secundo modo dicitur aliquid possibile: quia est solum in potentia agentis: sicut in his, quæ fiunt à Deo: vbi non oportet, q̄ præsupponatur aliquid, sed tota ratio facti potest esse potentia facientis. Cum ergo dicatur, q̄ si est aliquid possibile fieri: oportet illud esse ens in potentia: patet quod in his, quæ fiunt à Deo: vbi nō oportet, quod præsupponatur aliquid: quia omnia sunt effectus eius, & ipse nihil

Possibile fieri du-  
plex.

C præsupponit: non oportet, quod præexistat ens in potentia habens potentiam passivam, sed sufficit, quod præexistat ipse Deus: habens in se potentiam actiūam, relati ergo ad Deum omnes effectus sunt possibles per solam potentiam facientis.

Creatio nō est motus, nec mutatio.

Ad secundum dicendum, quod creatio, vt cōmuniter ponitur, nec est motus: nec est mutatio. Motus quidem non est: quia motus fit in tempore, & haber partē post partē: creatio autē fit tota simul, & fit in instanti: nō est ergo creatio motus. Nec est etiam propriè mutatio: quia mutatio est terminus motus. Creatio autem nō est terminus motus, & per consequens non est propriè mutatio: nisi vellemus accipere mutationem largè, p omni noua incepcione, vt diceremus omne illud mutatum, quod nunc incipit esse, quod nō erat; siue habeat hoc per motum præcedentem: quod competit mutationi propriè sumptae: siue non per motum præcedentem, quod competit creationi. Cum ergo arguitur, quod mutatio est terminus motus: peccat argumentum in materia: nam creatio non est mutatio, quæ sit terminus motus, sed est acceptio ipsius esse absq; motu præcedente.

Creatio qd.

D Ad tertium dicendum, quod creari non est fieri, quod sic realiter differat à facto esse: creari enī est quoddam factum significatum per modū Creaſe non est fieri.

Creaſe non est fieri.

Aegid. super ij. Sent. D fieri.

Fieri, & fa  
ctum esse in  
quibus dif  
ferant, &  
conueciat.

fieri, nam in his, quae sunt subito, & in instanti: idem est fieri, & factum esse. Et si talia dicuntur fieri: nihil est aliud, quam significare factum esse per modum fieri, ut illuminatio aeris sit in instanti: ideo idem est illuminari, & illuminatum esse: & forma substantialis introducitur in instanti: ideo idem est talem formam introduci, & introductam esse, & motus terminatur in instanti: ideo idem est motum terminari, & terminatum esse: sic creatio, quia sit in instanti: idem est rem crea- ri, & creatan. esse. Cum ergo dicitur, quod perma- nens cum sit: non est: verum est si fiat ex materia praiaciente. Et si fiat primo disponendo materiam, & postea inducendo formam. Sed hoc non possu- mus dicere in creatione: nam creatio nihil pre- supponit: non enim presupponit materiam. Propter quod in creatione non prius disponitur ma- teria, & postea inducitur forma, vel non prius di- sponitur potentia, & postea inducitur actus. Per- manens ergo cum sit, non est: si fiat per modum pre- cedentem: ita quod fieri sit moveri, non mutari esse.

Texta q. 3.  
a. 2.

Ad quartum dicendum, quod quando creatio- creetur, & quid sit creatio; & qualiter non eatur ibi in infinitum: dicitur: cum disputabitur de ip- sa creatione: utrum sit idem, quod esse creature.

## ARTIC V.

An alia agentia cooperari posse  
Deo in opere creationis. Con-  
clusio est negativa.

C

Aegid. Quol. 5. q. 1. De esse, & essentia. q. 6. D. Th. 1. p. q. 45.  
ar. 5. Item 2. Sent. d. 1. art. 3. Et contra Gent. lib. 2. c. 19.  
D. Bon. d. 1. q. 2. ar. 2. Sco. q. 4. Gabr. Bid. d. 1. q. 4.



Lib. 4. sent.  
dil. 3.

VINCI quæritur: utrum alia  
agentia cooperentur Deo, vel  
cooperari possint in opere crea-  
tionis.

Et videtur, quod sic per Magistrum  
dicentem: Posset Deus poten-  
tiam creandi communicare creaturis: ergo, &c.

Præterea secunda agentia inducunt formam sub-  
stantiali in materia, sed de forma substantiali  
nihil erat in materia: ergo est per creationem in  
introductionem, & per consequens alia agentia creant,  
vel cooperantur Deo in opere creationis.

Præterea difficilius est facere aliquid ex con-  
trario, quam ex nihilo, quia in nihilo nulla est re-  
sistentia sicut est in contrario, sed possunt alia ag-  
gentia à Deo facere aliquid ex contrario: ergo, &c.

Præterea quicquid potest facere aliquid ex non  
ente simplicitate potest creare: cum hoc sit creare  
facere aliquid simpliciter ex non ente, sed genera-  
ratio simplicitate est ex non ente simpliciter: sicut  
generatio secundum quid est ex non ente, secun-  
dum quid: sed ab alijs agentibus non negamus  
generationem simpliciter: ergo non negabimus  
quoniam possunt facere aliquid ex non ente simplici-

## Pars I.

A tert, & per consequens quin possint creare.

Præterea sicut res excut à Deo tanquam à prin-  
cipio: sic reducuntur in Deum tanquam in finem.  
Sed lex diuinitatis est infima reducere in super-  
ma per media ergo sicut infima non reducuntur  
in Deum tanquam in finem nisi per media: ita nō  
excunt ab eo tanquam à principio nisi per media: et  
go Deus creat infima mediatis causis medijs.

Præterea Deus est omnium creator, sed ali-  
qua facit medianis illis secundis causis: ergo  
aliqua creat medianis illis.

I N C O N T R A R I V M est, Dam. de Ange-  
lis, & de creaturis dicens: Quicunque vero aiunt  
conditores esse cuiuscunque substantiae: hi om-  
nes sunt os patri sui diaboli: creaturæ enim ex-  
istentes. s. Angelis: non sunt conditores rerum. Ptæ  
terea Augustinus ait: Non solum malos: sed nec  
bonos Angelos fas est putare posse aliquid crea-  
re. Sed si aliquoi creaturæ competenter, vel compe-  
tente posset creare, vel cooperari Deo in opere  
creationis: hoc cōpetet Angelis, qd sunt supre-  
mæ creaturæ: sed non cōpetit eis, ergo nec alijs.

Præterea nihil, & aliquid distant in infinitum,  
quia non entis ad ens nulla est proportio: ergo ex  
nihilo fieri aliquid, requirit potentiam infinitam:  
quare, &c.

## RESOLVATIO.

Creatura agit immediate per virtutem superaddi-  
tam, utq; organum continuatore indigena  
Hinc creare non potest, nec ratione rei  
acta, nec agentis, nec modi agen-  
di, sed ministerium pra-  
stare potest.

R E S P O N D E O dicendum, quod circa hoc  
recitatut triplex modus dicendi: Vnus quorundam  
Philosophorum ponentum à prima causa  
non procedere immediate nisi vnum: secundum  
quem modum ponendi necesse est dicere alia agen-  
tia esse creatorum rerum. Cuius positionis potissi-  
mè assertor est Auicen. de ordinatione intelligentiarum,  
& animalium, & corporum cœlestium: vo-  
lens, qd à Deo, cum sit omnino vnum, & simplex:  
non processerit immediatè, nisi vnum tantum,  
videlicet intelligentia prima. Sed ab intelligentia  
prima, quæ recedit ab unitate, & simplicitate Dei  
processerunt tria. s. intelligentia secunda: prima

D anima cœli, & primum corpus cœli, & sic pro-  
cedendo satuat multitudinem in entibus. Huic  
autem positionem diffusè tractauimus, & repro-  
bauimus in questionibus de primo principio.  
in q. 2. Utrum à primo principio possint imme-  
diatè plura procedere. & Secundus modus dicé-  
di est, quod creare nulli creaturæ est communica-  
tum: nec etiam potest ei communicari: sicut non  
potest ei communicari, quod sit infinita potentiæ.  
Tertius modus dicendi est, quod licet posse creare

\*Quæst. de  
primo prin-  
cipio, sunt  
de esse, &  
essentia edi-  
cta ante 2.  
lib. lent. Vi-  
de sup. art. 2.

\* Creatura  
omnis p se  
est finitæ es-  
sentiæ, ma-  
gnitudinis,  
& virtutis. Hinc infini-  
tatis nō ca-  
pax, quia  
donaretur,

Déus rem maiorē efficiere non posset. Quod eius omnipotenter aducatur.

nulli creaturæ sit communicatum: potuit iam ei communicari, & hoc multum videntur sonare verba Magistri, ut patuit in arguendo. Additur autem à quibusdam quartus modus dicendi, videlicet, q̄ posse creare aliquo modo potuit comunicari creaturis: aliquo modo non. Nam creature est agere nullo presupposito, nec ex parte acti, nec ex parte agentis: dicunt ergo, quod potuit comunicari creaturis agere nullo presupposito ex parte rei actæ, sed non ex parte rei agentis, quod fatis videntur superficialiter sonare verba Magistri in loco praesignato dicentis, quod posset Deus per aliquem creare aliqua: non per eum tāquā Actorem, sed Ministrum: cū quo, & in quo operatur. Non potest ergo secundum istos communicari creaturæ, quod agat non presupposito aliquo effectu substrato sua actioni. His itaque prælibatis, hoc ordine procedemus in quæstione proposita; quia primo ostendemus, quod impossibile est communicari creaturæ, quod non presupponat aliquid ex parte rei actæ: ostendemus enim, quod quocunq; agens præsupponit agēs aliud: suus effectus præsupponit alterius agentis effectum: propter quod non potest communicari creaturæ non supponere aliquid ex parte rei actæ. Secundo ostendemus, utrum aliquo modo verba Magistri saluati possint.

Propter primum sciendum: quod, ut supra diximus, omnis creatura agit per continuatorem, & impossibile est communicari creaturæ agere si ne continuatore, vel agere sine virtute superaddita sua substantiæ. Dicemus autem, q̄ creatura indiget continuatorem ex parte rei actæ, & ex parte agentis, & ex parte modi agendi, secundum quæ tria, triplici via, pbabimus, quod impossibile sit creatui in agere nullo presupposito ex parte rei actæ.

Prima via sic patet: nam creatura secundum essentiam est seiuincta à suo effectu, ut dicitur in commento de causis, propositione 20. non enim potest creatura per suam essentiam immediate agere in aliquem effectu: ideo indiget virtute media continuante, i.e. coniungente eam cum suo effectu: & quia, ut diximus, virtus illa est accidens: ideo primum, quod inducit creatura, est aliquid accidens. Si autem inducit substantiam: utputa si inducit formam substantialem: hoc erit primo inducendo accidens, ut si ignis inducit formam substantialem in materia, hoc erit calefaciendo primo, & inducendo calorem, qui est accidens. Et quia accidens semper requirit aliquid, in quo recipiatur: eo ipso quod creatura indiget virtute continuante, & coniungente eam cum effectu, cum per huiusmodi virtutē primo inducatur aliquid accidens: consequens est, quod semper creatura presupponat aliquid ex parte rei actæ, in quo recipiatur sua prima actio, quæ est accidens.

Sed dices: Licet creaturæ, ut agenti principali non possit concordari agere nullo presupposito: potest tamen ei communicari tanquam instrumento, quia non est inconueniens organum, & instrumentum agere ultra suam speciem. ageret enim crea-

ndo proce-  
dendi.

Alius crea-  
turæ triplici  
eget conti-  
nuatore.

Contra ista  
rationē est  
Gibr. Biel.  
2. sent. d.r.  
q.4. in solu-  
tione primi  
dubij.

Qvol. 3. q. 1.

A tura ultra suam speciem, si per virtutem suā, quæ est accidens, immediate produceret subiectum: sed hoc poterit facere, ut instrumentum Dei, qđ faciendo competit ei creare. Sed hec cauillatio modica est, quia non competit instrumento habere actionem, ut instrumentum, nisi competat ei habere actionem, ut quadam res est. Actio ergo instrumenti, ut instrumentum est: presupponit actionem instrumenti, ut quadam res est: ut calor est organum, & instrumentum formæ substantialis ignis, & in virtute eius inducit huiusmodi substancialē formam in materia. Habet ergo calor actionem, ut instrumentum est, s. inducere substancialē formam: & habet actionem, ut quadam res est, quia inducit calorem: & nisi haberet actionem, ut quadam res est. i. nisi induceret calorem, non haberet actionem, ut instrumentum est, i. non posset per calorem induci substantialis forma. Nunquam ergo instrumentum habet actionem, ut instrumentum est, nisi habeat actionem, ut quadam res est, & quia creature nō potest competere actio, ut quadam res est, nisi aliquo presupposito, & nisi actio eius recipiatur in aliquo; consequens est, quod non possit ei competere actio, ut instrumentum est: nisi actio eius recipiatur in aliquo. propter quod patet verum esse, quod quicquid agit, ut organum, & quicquid presupponit aliud agens, presupponit aliquid ex parte rei actæ, & requirit aliquid, in quo sua actio recipiatur. Eo ergo ipso, quod quolibet agens creatum indiget continuatore ex parte rei actæ quia indigeret virtute media cōtinuē ipsum suo effectui: patet, quod tale agens non potest agere nullo presupposito ex parte rei actæ; nec potest hoc ei communicari, & per consequens non potest ei communicari, quod creet.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex eo quod omne agens creatum agit, ut organum Dei: hoc est autem de ratione organi, quod non possit facere effectum, nisi applicatum ad opus per principale agens, ut ferraria non agit, ut organum artis: nisi applicata ad opus per artificē, quod verum est de Deo respectu aliorum omnium agentium. nā Deus non solum dat virtutem alijs agentibus, q̄ agant, sed etiam continuē mouet omnia agentia ad agendum: ita quod, si desineret primus Motor mouere quocunque agens ad actionem suam, statim desineret illud agens agere. Et quia nō potest aliquid agens creatum aliquid agere, nisi à Deo motum; consequens est, quod non possit aliquid agere, nisi sit à Deo ad agendum applicatum: & quanto magis agit actionem tale agens, ut instrumentum; tanto magis indiget tali applicatione, quia, ut diximus, hoc est de ratione instrumenti, quod secundum, quod huiusmodi, non agat nisi applicatum ad opus à principali agente: ideo de quolibet agente creato verum est, q̄ cū non tangit, non agit, ut declarari habet in primo de Gene. quodlibet ergo agens creatum prius intelligitur applicari, & tangere, q̄ agere: sed contactus non potest esse ad ipsum nihil: nullo ergo presupposito, sicut non potest agens creatu-

Instrumenti  
actio du-  
plex.

Creatura  
quilibet a-  
git, ut orga-  
num.

Cap. de act.  
& pass. t.c.  
43.

Aegid. super ij. Sent. D 2 tangere,

tangere, sic nō potest agere: solus ergo Deus, qui cū non agat, vt organū, nō indiget prius applicari, quām agere: illud ergo, qđ de se est impotens ad agendum, nullo præsupposito: de quo nō est intelligibile, quōd agat, nisi prius applicetur ad opus; nō est intelligibile, quōd agat nisi præsupposito eo, ad quod applicatur. Dicemus ergo, qđ agere aliud, vel producere aliud; non præsupponit illud, quod agitur, & producitur: quia nulla causa secundum quōd huiusmodi præsupponit effectum suum: nā, vt supra dicebatur, quod efficitur, in factione non supponitur: sed id, ad qđ applicatur, præsupponit agēs, ergo auctor, vt principale agens: potest rem producere, & rei productæ se coniungere, & nec tempore, nec origine prius se applicat, quām producat: immo origine, & si non tempore, producit, & producendo se applicat: & se applicando, rē productam in esse conservat; non qđ talis applicatio sit per mutationem factam in Deo, sed solum per mutationem, & per nouitatem factam in creatura. Sed agens, vt instrumentum, cum saltē origine prius applicetur, quām agat, non supposita re, ad quā applicari posuit; impossibile erit tale agens aliquam actionem efficiere. Bene ergo dictum est, qđ quicquid præsupponit aliquid ex parte agentis, præsupponit aliquid ex parte rei actæ: quia omne tale agens agit, vt organum: & agit, vt instrumentum, & prius intelligitur applicari, quām agere. Dicere ergo, quōd posuit agens creatum aliquid facere nullo præsupposito, non per se, sed vt organum, & vt innitens superiori agenti; est petere, quod est in contrario, & est arguere oppositū, non propositum: cum agere, vt instrumentum, & innitens superiori agenti, sit agere, vt applicatum ad aliquid.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, quōd omne tale agens indiget continuatore ex parte modi agendi. Nam omne agens creatum sive sit agens per intellectum, sive per naturam; oportet quōd habeat determinatum modum agendi, quia sicut habet determinatam naturā ad esse: sic habet eam determinatam ad agere, non enim dicemus de Angelo agente per intellectum, & voluntatem, quōd suum intelligere sit suum facere: vel suum velle, sit suum causare: sicut dicitur de Deo, quōd, dixit, & facta sunt. Sed requiritur debita proportio agentis ad rem actā. Ideo dicitur, quōd si vna stella adderetur orbi: quōd motor moueret orbem cū labore; & pœna. i. soluta esset proportio motoris ad mobile. Ipsa ergo debita proportio quantum ad modum agendi, est quasi quædam continuatio, & quædam coniunctio agentis ad rem actā: & quia ad nihil nulla potest esse determinata proportio; nulli creature communicari poterit, quōd aliquid producat ex nihilo; sicut nec ei cōmunicari potest, quōd non agat determinato modo, & quōd nō habeat determinatum esse.

Viso, quōd nō potest communicari creature, quōd posuit agere nullo præsupposito: restat videndum si possit saluari opinio Magistri. Dicē-

A dum ergo, quōd si Magister sensit: quōd cōmunicari posset creatura, quōd posset verè creare: in hac parte opinionem eius non tenemus: nec communiter tenetur in hoc eius opinio. Possimus tamen colorare verba Magistri, & reducere ea ad veritatem, agit enī Magister in loco præassis gnato: videlicet in 5. dist. quarti libri; de potētia dimittendi peccata, & de potentia sanctificandi creaturam. hoc autem non est agere nullo præsupposito: cum in tali actione præsupponatur creatura, quę sanctificari debet. Cum ergo in ipsa creatura sanctificata aliquid inducatur p creationem: sicut gratia, vel aliqua alia dona, posset Deus concedere ministerialiter creature: quōd posset creare aliqua, i. quōd instrumetaliter operaretur interius in anima ad opus creationis excellenti modo, quām ei contulerit. Sic ergo posse creare ministerialiter nō est facere de nihilo aliquid, sed est præstare ministerium, vt hoc fiat. Quia si dicatur hoc communicatum esse creaturis, quia sacerdotes ministrando sacramenta disponunt ad gratiam: dicemus quōd hoc est faciendo aliquid exterius: vult autem Magister: quōd sicut collatum est creature disponere ad gratiā faciendo aliquid exterius, sic poterit conferri creaturæ, posse creare ministerialiter. i. posse exhibere aliquid ministerium ad opus creationis: operando etiam interius. Propter quod idem Magister dicit eodem libro, & eadem dist. vbi de hoc agitur: quōd potuit Deus dare seruo potestatē in mundatione vitiorum, vt seruus operaretur cum domino, non sine domino: sic in exteriori ministerio dominus operatur cū seruo, & in seruo. Non ergo posuit Magister, quōd posset cōmunicari creaturæ: quōd posset agere nullo præsupposito, vel quōd posset facere ex nihilo. quōd si tamen hęc fuit intentio sua; cum eo, vt diximus, hanc opinionem non tenemus. verba tamen eius, vt satis pater, adduci possunt ad expositionem præfatam.

D R E S P. A D A R G. Ad primum ergo, vbi arguitur ex opinione Magistri, patet solutio per iam dicta. Possemus tamen dicere, si vellamus, quōd non oportet, quōd Deus communicauerit creature quicquid potuit recipere, sed communicauerit ei, quod potuit recipere de his, quę p̄tinent ad perfectionem naturæ: nō autem de perfectionibus alijs, ideo dato, quōd potuisse communicare Deus creature; posse creare: nō oportet, quōd ei communicauerit: quia esset perfectione supra naturam.

Ad secundum dicendum, quōd agentia secunda inducunt formam substantialiem in materia, de qua nihil antea fuit in ipsa, sed propter hoc non creant: quia huiusmodi forma non fit per se, sed fit in alio. Create autem est facere effectū non præsupponentem alium effectum: quod nō est verū de forma materiali, quę à secundis agentibus induci potest.

Ad tertium dicendum, quōd si materia non haberet contrarium, & posset suscipere actionē agentis, facilius fieret effectus, vel hoc modo fa-

Defensio  
pro Magi-  
stro.

Celum qđ  
cum labore  
moueretur.  
At lib. 2. de  
Cielo. c. 7. l.

Opinio Ma-  
gistra.

## Quæstio II.

## Artic. VI.

29

cilius esset agere ex non contrario, quām ex cōtrario operari: cum ex nihilo, vel nullo præsupposito operari, vt communiter ponitur, sit multo maioris virtutis, quām operari ex contrario.

Contrarie-  
tas cur fa-  
ciat difficultatem in ef-  
fectu.

Lib. 2. de  
Gen. t.c. 25.

nam contrarietas pro tanto facit difficultatem in effectu, quia elongat potentiam ab actu, & materiam à forma, quanto enim materia magis est subiecta formæ contrariae, tanto remotior est à susceptione formæ propositione: ideo in habentibus symbolum facilior est transitus. Cum ergo nihil maximè distet ab actu, quia eius ad actum nulla est proportio: difficultius est, & maioris potentie agere ex nihilo, quām ex cōtrario. Vel possumus dicere, q̄ agens creatum non potest facere ex nihilo, sed ex contrario: non ratione maioris resistentiæ, sed quia subterfugit modum agendi eius. Cum enim tale agens non agat nisi attingendo, & applicando se rei: semper oportet, quod in actione sua aliquid præsupponat, cui applicari possit.

Non ens tri-  
bus modis  
dicitur.

Ad quartum dicendum, quod non ens tripliciter potest dici, vel quia non est ens secundum unum actu, est tamen ens secundum aliū: Vel quia non est ens secundum aliquem actu: Vel quia nullo modo est ens: nec secundum actu, nec secundum potentiam. Primo modo ex non ente est alteratio, vt ex non ente secundum hanc formam accidentalem: ente autem secundum formam substantialē fit alteratio ad illā formam accidentalem, secundum quam non est in actu, sed in potentia. Secundo modo ex non ente fit generatio simpliciter, vt ex non ente simpliciter in actu: ente autem in potentia, fit per se generatio simpliciter, nam in generatione simpliciter propriè, & per se est subiectum, Hyle, vt dicitur in primo de generatione. Tertio modo ex non ente, i.e. ex nullo modo ente fit creatio. Vnde generatio simpliciter fit ex non ente simpliciter aliter, quām creatio, quia generatio fit ex non ente simpliciter in actu: ente tamen in potentia, sed creatio, vt dictum est, ex nullo modo ente. Rursus creatio fit ex non ente simpliciter, i.e. ex nullo modo ente ordinaliter, non materialiter: quia nullo modo ens: nullius pōt esse materia, & tamen ordinaliter ex nullo modo ente, i.e. prius nullo modo ens, per creationem aliquid incipit esse ens. Sed generatio fit ex non ente simpliciter in actu, i.e. materia, quæ de se est potentia pura materialiter, & subiectu, quia, vt diximus, materia est per se generationis subiectum.

Creatio quo-  
dā ex non  
ente.  
T. c. 2.

Ad quintum dicendum, quod non est simile de exitu rerum à principio, & de reductione rerum in finem, quia si res crearentur per secunda agentia, consequens esset, quod illa agentia crearent, sed cum creare sit proprium primi agentis, si communicaretur secundis agentibus, q̄ crearet, communicaretur eis, q̄ essent primum agēs. Sed reductio rerum in finem, non arguit secundas causas esse ultimum finem, sicut creatio infert, q̄ essent primum agens. In exitu ergo rerū à principio multa fiunt mediantibus secundis causis: ita tamen, q̄ secundis causis non commu-

niciatur, q̄ crecent: sicut, prout reducuntur res in finem, multa fiunt per secundas causas; ita tamē, quod non communicatur secundis causis, quod sint ultimus finis: Ad formam ergo arguendi, cum dicitur, quod Deus reducit alia in se per secundas causas: ergo creat per secundas causas: patet responsio, quod non creat per secundas causas: quia non facit secundas causas esse primas: sicut non reducit res in seipsum, tanquam in ultimum finem per secundas causas: sic q̄ faciat secundas causas esse ultimum finem. Multa tamen exeunt à Deo per secunda agentia, vt omnia illa, quæ fiunt per generationē, & multa reducuntur in ipsum tanquam in finem per secundas causas. nihil tamen sit ab ipso per creationem per secundas causas: quia quod creatur ab eo, secundum quod huiusmodi, exit ab eo immediatè solum: sicut nihil reducitur in ipsum, tanquam in finem per secundas causas, vt tendit in ipsum immediatè tantum: quia tunc immediatum, vt immediatum, suscipiet medium: qđ est inconveniens.

Ad sextum dicendum, quod Deus est omnium creator: q̄a vel omnia immediatè facit, vel omnibus substernit immediatum suum effectum. Eis enim, quæ facit medianibus alijs agētibus, substernit suum immediatum effectū, quia omnibus talibus substernit materiam, vel naturam aliquam ab eo immediatè productam. Talia ergo agentia non creant, quia non agunt nullo præsupposito.

## A R T I C. VI.

*An alia agentia cooperentur Deo,  
in alijs operibus. Conclusio  
est affirmativa.*

Aegidius de esse, & essentia, q. 4. D. Bonau.  
dist. 1. par. 1. art. 2. quæst. 2.



Ex t o queritur: vtrum alia agentia cooperentur Deo in alijs operibus: vel nihil faciant, sed totum faciat Deus.

Naturam co-  
municandi  
vnum modū  
tantum.

D

Et videtur, q̄ nihil agat agētia alia, quia vnum tantum est modulus in natura communicandi naturam: nam cū natura sit quid vnum: vno modo communicabitur. Ideo dicimus, q̄ generata ex putrefactione non generant, quia si generarent: tūc natura vna, & eadem communicaretur dupliciter, s. per generationem, & putrefactionem: quod dicimus esse impossibile. Cum ergo eadem sit natura secundum speciem hujusmodi equi generati, cum equo primo producto per creationem: si hic equus generaret equum, esset eadem natura: vt natura equina communicata dupliciter, s. per creationem, & generationem: quod nō videtur posse: & quia omnia fuerunt creata à principio: videtur

videtur, q̄ nihil secunda agentia possint producere, sed omnia siant per creationem, & quamlibet rem totam faciat Deus.

Præterea Deo attribuendum est quicquid est melius, sed quod perfectissimè agat est melius, & nobilis: hoc est ergo ei attribuendum, sed agentia omnia immediate est agere perfectissimè: ergo hoc est Deo attribuendum.

Præterea frustra sit per plura, quod potest fieri per pauciora: sed Deus solus potest totum facere: nihil ergo operantur alia agentia.

Præterea nulla creatura agit nisi per virtutem aliquam, quæ est accidens: ergo nulla creatura potest producere aliquam substatiæ: quia tūc ageret ultra suam virtutem: non etiam oportet agens creatum producere aliquid accidens: qā à substantia fluunt cætera accidentia: materia. n. subiecta cum forma, est causa omnium accidentium, quæ sunt in ea. Sed omne creatum, vel est substantia, vel accidens: ergo &c.

Præterea omnia, que sunt, vel sunt corporalia, vel spiritualia: & spiritualia sunt super corporalia, sed spirituales naturæ nec sunt causa spirituum, nec corporum: ergo nullius sunt causa: multo ergo magis nec corporalia.

scilicet c. 32.  
& 2. l. c. 4.  
§. 52.

IN CONTRARIUM est, quia in natura nihil est frustra, sed si alia agentia nihil agerent: frustra cœnt: qā cœnt priuata p̄p̄ris operationibus.

Præterea si alia agentia nihil agerent, una res nō dependeret ab alia, sicut effectus à causa: non ergo magis fieret aliqd ab una re, quām ab alia: in frigidatio ergo nō magis fieret ab aqua, quām ab igne: nec calefactio ab igne, quām ab aqua: quod est negare sensum.

### R E S O L V T I O.

In agentibus secundis est actio coagens: sed effectus immediatus totus, non totaliter, est à Dco, vt ens: & ab agente secundo, vt tale ens, immediatus verò à Dco.

Errores circa hanc materiam.

RES PONDEO dicendum, quod in actione creaturarum sive secundorum agentium: aliqui attribuunt creaturis nimis patrum, & minus, quām deberet, immo nihil attribuerūt secundis causis. Aliqui vero attribueret secundis causis, & rebus creatis plus, quām deberent. Aliqui autē aliquibus creaturis attribuerunt plus, quām deberet: aliquibus vero minus: qui omnes à veritate deuiauerunt. Nā vt dicitur in 7. Metaphy. oportet quod latitudo sermonis sit in vnaquaq; re secundum exigentiam illius rei, & non magis neque minus: qui. n. in omnibus dicit minus, quām debeat, vel in omnibus plus quām debeat, & qui in aliquibus minus, in aliquib⁹ plus: omnes à veritate deuiant. Tribuentes ergo creaturæ minus, quām debeat negantes omnem actionem ab omnibus creaturis: fuerunt quidam loquentes in lege Saracenorum: de quibus Commen. ait in 12. Metaph. quod loquentes nostræ legis, i. legis Saracenorum opinabantur, quod

Com. 12.  
Saracenum  
lex: sed po-  
tius Agare.

A agens agat creando formam ex nihilo, & nullū hujusmodi hic existens videatur agens. Et subdit quod dixerunt s. loquentes suæ legis: quod erat unum agens omnia entia sine medio: ita quod negant, vt ait, ignem comburete, & aquam humectare, sed dicunt omnia ista indigere creatorē. Videatur ergo motiuum istorum esse: quod agentia creata nihil agant: quia si agerent, crearent. Nam si agerent: non agerent quod est: ergo quod non est: vt si agunt motum, prius nihil fuit de illo motu, & incipit nunc esse hujusmodi motus: ergo incipit aliquid esse; de quo nihil prius erat. sed hęc est creatio. cum ergo nullum aliquid agens posit fit creare, nisi Deus, solus Deus omnia operatur. Secundum ergo hanc opinionem videtur, q̄ ignis non comburat, & q̄ aqua no humectet, sed hęc omnia operetur Deus.

Sed hęc positio stare non potest: quia negantes à rebus actiones proprias: negant & naturas, & essentias proprias: vt dicit Comen. in 12. Met. quod sic declaratur: Nam à naturis procedit virtus propria: à virtute propria. operatio propria, qui ergo tollit operationem propriam, tollit & virtutem: & qui virtutem, substatiæ: cum ergo sit omnino irrationabile, res nō habere proprias virtutes: & substanzias, irrationale est, eas non habere proprias operationes. Ideo dicit Comen. in loco præsignato, q̄ ista opinio est valde extranca à natura hominis, & quod qui recipiūt huiusmodi positionē non habent cerebrū habile ad bonum. Motiuum autem istorum, q̄ tunc illa agentia crearent, si aliquid ficerent, vt patuit supra in articulo illo: Vtrum Deus posuit facere aliiquid ex nihilo: nullum est: immo ridiculū est hoc putare. Nā, vt ibi diximus, creare non est inducere aliquid in aliquo, de quo prīns nihil erat in illo, quia tunc non posset quis incipere mouere pedem, cum ante inceptionē huiusmodi motus nihil de motu esset in pede: quod ponere esset negare sensum. Sed creare est facere effectum non præsupponentem alium effectum, et agere nullo prælupposito: ideo sufficiet euadit Philosophus, quod forma non fit ex nihilo: quia nō fit per se, sed fit in alio. Fit. n. in alio præsupposito: qā fit ex præsuppositione materia. Hi ergo, de quibus locuti sumus, tribuunt creaturæ minus, quām debeat.

Aliqui vero, vt videtur sonare verba Philosophi, & videntur sentire sequentes ipsum: tribuerunt creaturæ plus, quām deberent. Crediderūt enim, quod hęc inferiora procederent à primo principio solum mediatae, non immediate, nam vt vult ipse Philosophus, & Commen. eius in 7. Metaph. immaterialia non transmutant ista corruptibilia, & materialia: nisi mediante corpore in transmutibili, vel mediante re materiali: ita q̄ id, quod non est in materia, non alterat materiam nisi mediante agente materiali, secundum quem modum Deus, qui est summè immutabilis, non ageret ad generationem istorum inferiorum, nisi medianibus secundis causis. Sed hoc est falsum: si sic senserint Peripatetici, vt superficies

Lib. 7. & 1.  
Met. t.c. 31.

Arist. error,

## Quæstio II.

versus A.  
de Mēt.

Deus inti-  
mior est, q  
res ipsa sibi.

No. 1.

Auicebron.  
1. fons vītæ,  
sed potius  
fons mortis  
dicendus ē.

superficies verborum sonat. Licet enim verba Atri. Sectæ Peripateticæ ducis in 7. Meta, adducta sunt propter ideas, quod si esset, date ideas: idæ illæ separatae non facerent ad generationem: nisi medianibus agentibus materialibus: verba tamen ibi communiter profertur, quod immaterialia materiam non transmutant nisi medianibus materialibus, quod de Deo falsum est. Agit enim Deus immediate quamlibet alterationem, nec tamen immediata ista actio, ut in prosequendo patebit, excludit actionem secundorum agentium, sed stat simul cū huiusmodi actione, quia strunque ibi concurredit: medatio, & immediatio: nam, ut diximus, quæcunq; agit Deus mediately, agit etiam immediate. Nam Deus dat virtutem secundis agentibus, & virtute eius applicantur secunda agentia ad suos effectus. Est & in qualibet actione causans eam, & conservans eam in esse. Intimius, n. operatur Deus actionem ignis, quæ ipse ignis: & magis conservat Deus ignem in esse, & facit magis ad esse ignis, q̄ ipsa essentia ignis. Hoc, n. modo dicitur esse Deus intimior rei, quæ ipsa res sibi, quia per se, & potissimum conservat re in esse. Nam esse extinsecè magis faciunt ad fieri rei: intrinsecè autem magis ad esse: & quia Deus magis facit ad esse rei, quæ ipsa res; dicit Deus esse intimior rei, q̄ ipsa res sibi ipso. Et quod dictum est de Deo respectu esse rei, verum est de Deo respectu actionis rei: nam ipsam actionem rei magis Deus causat, & in esse conseruat, quæ res ipsa agens actionem illam, nam ad momentum nec res, nec sua actio posset subsistere, nisi Deus esset in ea. Sicut ergo tam Deus, quæ esse ignis sunt immediata causa ipsius esse ignis: & immediatior est causa Deus, q̄ esse ignis, quia intimior est Deus ipso: non solum q̄ ipsa essentia: sed etiā, q̄ ipse ignis sibi, quia secundum Aug. 3. Confess. Intimior est Deus nobis, q̄ intimum nostrum: sic tam Deus, q̄ ignis sunt immediata causa actionis ignis: immediatior tamen causa est Deus illius actionis, q̄ ipse ignis. Quælibet ergo actio causata à secundis agentibus: est à Deo mediately. quia secunda agentia agant, hoc habent à Deo, & est à Deo immediatè, quia in qualibet re est Deus intimus causans, & conservans, & producens tam essentiam rei, quæ eius esse, & etiā quæ eius actionem: sed non eodem modo est immediata causa eorum, quæ sunt à secundis agentibus, tamen Deus, quæ secunda agentia. sed aliter, & aliter: quomodo autem sit hoc aliter, & aliter, in prosequendo patebit. Ad præsens autem scire sufficiat, quod nimis dant creature dicentes, q̄ solus mediately Deus eius opera faciat, vel quod solus mediately producat effectum: quem producit creatura.

His visis, restat exequi de positione illorum, qui aliquibus creaturis dabant magis: aliquibus vero minus. Huiusmodi autem opinionis fuit Auicebron in libro suo, quem intitulauit de fonte vita: ubi multos errores posuit: propter quod magis fons mortis nuncupari meruit: Et Auic. in Metaphysica sua. Hi enim aliqbus creaturis,

## Artic VI.

31

A vt corporalibus, nimis parum dederunt: aliquibus autem, vt intelligentijs, nimis. Valuit enim Auicebron, quod ista corporalia nihil efficerent, sed omnes actiones eorum faciebat aliqua vis spiritualis existens in eis. Sed hoc est priuare res proprijs actionibus, vt diximus: & proprijs virtutibus, & proprijs essentijs. Nimis ergo parum dabant Auicebron istis corporalibus: & illi, vt spirituali, quam ponebat, agere omnia opera rerum corporalium: si erat intelligentia aliqua, vel quæcunque vis spiritualis esset: nimis dabat illi. Auicenna & posuit quod ista corporalia solū disponerent materiam: formam autem introducebat dator formarum: quam dixit esse intelligentiam ultimam in ordine intelligentiarum. Hic nimis dabat illi intelligentiæ, quia intelligentiæ, vt suo loco patebit, & vt planè vult August. 3. de Trin.

Auicenna  
erat.

To. 1. cap. 7.

B non possunt in istis corporalibus habere effectū, nisi adhibendo semina, & coniungendo actiua passiuia, intelligentiæ ergo Auicenna dabat multū: rebus autem corporalibus dabant parū. nā in formis, quæ de potentia materiae educuntur: cuiusmodi sunt omnes formae materiales, non valentes existere sine materia, agentia sufficienter disponentia ad tales formas, dicuntur inducere ipsas formas.

Prosecutis ergo opinionibus à veritate deuian Opinio ne-  
tibus in hac materia: Dicamus, quod, vt potest sā  
patere per iam dicta, agentia secunda non sunt  
priuanda proprijs operationibus: & Deus nō est  
excludendus à quolibet opere: quin ipsum etiam  
immediatè agat. Sic ergo imaginabimur de actio  
ne Dei, & secundorum agétiū: in his, quæ pro  
ducit Deus secundum naturæ cursum, mediately  
bus eis, sicut imaginatur Dio. 4. de diu. no. quod

12.

sicut Sol non ratiocinans, aut prælicens omnia, illuminat valentia participare lumen secundum propriam rationem: sic bonum, quod est super solē: omnibus existētibus proportionabiliter, immitit torius bonitatis radios. Prima ergo cā non ratiocinās, aut prælicens, uniformiter se ha  
bet ad omnia, existit enim in omnibus rebus ēm dispositione, vñā, vt dī in 24. propōne de causis. Quantum ergo ad hunc modum agendi, omnia agit vno modo, sed non omnia recipiunt actionē Dei eodem modo: ideo mediately alijs, & alijs agentibus, agit alias, & alias actiones: vt medianē igne, calefacit: mediante aqua, humectat. Hu  
mectare ergo, & calefacere, & omnes actiones se  
cundorum agentium, conueniunt, & differunt:

Sol non ra-  
tio[n]atur:  
nec p[ro]digit:  
sic Deus.

D vt conueniunt, sunt immediatæ à Deo, qui in his actionibus: quæ agit secundum naturæ cursum, existēt intimus omnibus rebus naturalibus; vñiformiter agit huiusmodi actiones, vt differunt, sunt à secundis agétiibus: quia licet Deus vñiformiter ad ipsa agentia se habeat; non vñiformiter se habent agentia ad Deum, sed omne tale agēs recipit influentiam diuinam secundum modum suæ substantiæ, vel secundum modum suæ speciei, vel secundum modum suæ virtutis. Dicemus ergo, quod omnia agentia conueniunt in date esse, & differunt in dando tale esse: quia quædam dāt esse

Deus agi  
mediatè, &  
immediatè.

Actio qđo  
estimmedia  
tē tota à  
Deo, sed nō  
totaliter: ex-  
pli de ignis  
calefactio-  
ne.

Totum, &  
totaliter gd.

Liberalitas  
Dei.

Exemplum.

Eadē na-  
tura specifi-  
ca in aliqui-  
bus commu-  
nicari potest  
pluribus mo-  
dis. idem fe-  
rē. d. 14. q. 2.  
et. 2.

\* Eadē na-  
tura specifi-  
ca in anima-  
libus, vno tā-  
tum modo  
cūscatur idē  
d. 14. q. 2.  
et. 2. d. 16. q. 2.  
r. 1. dub. 1.

esse calidum: quædam esse frigidū, & sic de alijs. omnes ergo effectus, de quibus loquimut, sunt immediatè à Deo, vt sunt entia, & vt habent esse, & sunt immediatè à secundis agentibus, vt sunt tale ens, & vt habent tale esse. totus ergo talis effectus est immediatè à Deo, vt est ens: à secundo agente, vt est tale ens. Vnde accipiendo immediatum pro eo, quod ex proprio attingit rem: quilibet talis effectus est immediatè à Deo totus, sed non immediatè à Deo totaliter, & est à secundo agente immediatè totus, sed non immediatè totaliter: calefactio ergo, qđ est actio ignis: tota est immediatè à Deo, vt est ens, & vt cōuenit cum qualibet alia actione. quia, vt dictum est, in talibus actionibus secundum naturæ cursum eodem modo se habet ad omnia, & tota est immediatè ab igne, vt est tale ens, & vt differt ab alia actione. quia, vt dictum est, ipsa secunda agentia recipiendo diuersimode influentiam Dei, faciūt diuersitatē in huiusmodi actionibus. calefactio ergo. ignis est immediatè à Deo, vt est ens, sed nō est immediatè ab eo, vt est tale ens: ideo est immediatè à Deo tota, sed non est immediatè totalis. Si autem vellet Deus, sicut facit; hanc actionem immediatè totam: ita posset eam facere immediatè totaliter, vt posset sine nauī perducere homines per flumen, & posset sine igne calefacere: quod faciendo: calefactionem ipsam faceret immediatè totam, vt est ens, & vt est tale ens: ppter quod facheret eam immediatè totam, & immediatè totaliter, sed quia liberalissimus est, vt non essent superuacua opera sapientiæ suæ, voluit dignitatem suan communicare creaturis, & facere eas participes causalitatis, vt & ipsa creaturæ essent cause rerum, & nō essent priuata actionibus proprijs. Ex hoc autem apparet: quod licet qualibet actio secundorum agentiū sit immediatè à Deo, & immediatè à secundo agente; immediatus tamen est à Deo, quam à secundo agente. nam, sicut amota cortice, remanet medulla: ideo dicitur medulla intimior, & immediatior rei, quam cortex: sic amoto à re, quod sit tale ens, remanet, qđ sit ens. Vnde cū quilibet talis effectus sit immediatè à Deo, vt est ens, & immediatè à secundo agente, vt est tale ens, immediatus est quilibet talis effectus à Deo, quam à secundo agente.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū, qđ non est hoc vniuersaliter verum, quod vnu tantum sit modus communicandi naturam in natura: quia ignis non solū generatur ab igne, sed à motu, & aliquæ plantæ generatæ ex putrefactione faciunt semen: vnde similes plantæ generati possunt. Videmus etiam, qđ plātæ aliquæ & ex semine, & ex plantatione sunt. multæ em plantæ sunt, à quibus abscessi rami, & plantati multiplicant seipso: tales ergo plantæ multiplicantur & per semen, & per plantationē. In animalibus tamen verum est, qđ perfecta generant: imperfecta autem, & nata ex putrefactione non generat. & In animalibus enim eadē natura specifica pluribus modis communicari non potest,

\* Eadē na-  
tura specifi-  
ca in anima-  
libus, vno tā-  
tum modo  
cūscatur idē  
d. 14. q. 2.  
et. 2. d. 16. q. 2.  
r. 1. dub. 1.

A Assentimus nāq; in hac parte Commentatōti, qđ mures nati ex putrefactione, & excoitu nō sunt eiusdem speciei: nāq; est tanta diuersitas: qđ nullus ipsos eiudem speciei posset iudicare. In talibus ergo vel natura talium. sc. animaliū: vnu est talis modus communicandi naturam naturaliter. Sed omni modo, quo communicatur natura naturaliter, potest communicari supernaturaliter, quia quicquid potest Deus, mediāte causa secunda, potest sine illa: effectum enim quemlibet, quem Deus per secunda agentia facit immediatè totum, si vellet, vt dicimus, posset facere immediatè totaliter: ita quod nihil cooperarentur ibi secunda agentia. Agentia ergo secunda non priuantur actionibus suis, sed producunt illas easdem res specie, quas producit Deus.

B Ad secundum dicendum, qđ non est ex imperfectione Dei, sed ex bonitate eius: qđ communicet suam bonitatem creaturis, & quod producat multa medianibus secundis causis: semper enim ipse perfectissimè agit: quia etiam in his, quæ agit medianibus secundis causis: perfectius agit, i. magis agit: quia agit intimius, & profundiū, quam secundæ causæ.

Ad tertium patet solutio per iam dictam: qđ non est hoc ex indigentia Dei: nec fit frustra, co, qđ fiat sic per plura agentia, quia frustra est, quod caret fine: quod autem communicata sit dignitas diuina creaturis: hoc non caret fine: cum ex hoc sint non superuacua opera sapietia Dei.

C Ad quartum dicendum, qđ creatura non potest producere aliquam substantiam immediatè, sed prius alterat, & inducit formam accidentalem, vt ignis prius calefacit, & inducit calor, & sic calefaciendo, ad vltimū inducit substantialem formam. ita qđ calor imperfectus predit formam substantialem: ignis perfectus sequitur. Vtranque ergo formam induit naturale agens, substancialē, & accidentalem. Ad formam ergo argumenti: quando dicitur, qđ creatura ageret vltra suam virtutem: vel vltra speciem suæ virtutis, quæ est accidens: dici debet, qđ virtus activa agentis naturalis, vt calor ipsius ignis, est organum substancialis formæ, & in virtute substancialis formæ inducit substancialem formam: agere autē in virtute alterius vltra suæ speciem, vel virtutem, non est inconveniens.

D Ad quintum dicendum, qđ spiritualia sunt causa corporalium: quia angeli mouent cœlos: in quorum virtute sunt generationes, & corruptiones in istis inferioribus. Quia si dicatur, qđ non oēs angeli mouent cœlos: dicemus, qđ angeli inferiores mouent cœlos, & superiores illuminant eos de mysterijs, quæ debent executi. propter quod causalitas, quam habent inferiores angeli in corpora, quodammodo retorquetur in omnes angelos. dato tamen, qđ angeli nullam actionem habeat in corpora: dicemus, qđ omnes angeli sunt digniores corporibus: hāc tamē dignitatem, qđ possint corporales effectus inducere, non habent: licet huiusmodi dignitatē ha- bant.

Mures ax  
putrefactio-  
ne, & ex  
coitu sunt  
diuersi, &  
illi non ge-  
nerat. Idem  
d. 16. q. 1. ar.  
z. dub. 1. vi-  
de dist. 14.  
q. 2. ar. 2 d. 1.  
g. 1. q. 2. ar. 6.  
q. 2. art. 1. &  
vide cōtra-  
dictionem.

Frustra qđ  
caret fine. 2.  
Phys. 1. cap.  
6. 63.

beant corpora: quia non est inconueniens, crea-  
turam, qua est simpliciter indignior, esse secun-  
dum quid creature alia dignorem.

## Q VÆ S T I O III.

### De actionibus diuinis circa crea- tionem.



**V B I T A T O** de rebus crea-  
tis, & de causis agētibus: Restat  
dubitare de ipsis actionib⁹, &  
potissimè de actionib⁹ diuinis.  
Circa quas tria dubitabimus.  
Primo: vtrum Deus possit non  
solum creare, & immediatè producere substan-  
tiā: sed etiam possit immediatè alterare, & pro-  
ducere accidens. Secundo dubitabit de ipsa crea-  
tione quid sit: vtrum sit idem, quod esse rei. Ter-  
tio: vtrum actio Dei possit se ad plura immedia-  
tè extenderet.

## A R T I C. I.

### An Deus possit immediate pro- ducere aliquod accidens. Con- clusio est affirmativa.

D. Thomas prima parte summæ q. 45. art. 4.



**D** primum sic proceditur: vi-  
detur, quod Deus nō posse alterare, nec possit immediatè pro-  
ducere, aliquod accidens: quia,  
vt diximus in questione imme-  
diatè præcedente, differentia est  
inter agentia creata, & Deum: quia Deus agit  
immediatè per suam substantiam. Alia vero agen-  
tia agunt immediatè per aliquam virtutem, quæ  
est accidens. Arguat ergo sic: Sicut alia agen-  
tia, quia agunt per virtutem, quæ est accidens,  
non possunt immediatè producere nisi accidens,  
sic Deus, quia agit immediatè per virtutem, quæ  
est sua substantia, non potest immediatè pro-  
ducere nisi substantiam.

Deut. 32.

Præterea Dei perfecta sunt opera: sed vt dice-  
bamus, calor imperfectus, & accidentia imper-  
fecta præcedunt formam substantialem in ma-  
teria: perfecta vero sequuntur: agens ergo, quod  
prius inducit accidens, & inducendo accidens in-  
ducit substantiam; agit imperfecte: quia accidens  
præcedens substantiam est imperfectum: agens  
vero, quod prius inducit substantiam, & indu-  
cendo substantiam inducit accidens, agit perfe-  
cte: quia ergo actio imperfecta nullo modo est  
Deo attribuenda, nullo modo ponendum est,  
quod Deus possit immediatè alterare, & produ-  
cere accidens.

Præterea dicimus, quod cœlum est primū al-  
terans non alteratum; arguat ergo sic: quod

**A** ptimo est take, est causa, quare omne aliud sit ra-  
le. Si ergo cœlum est primum alterans: quicqđ  
aliud alterabit: hoc agit in virtute cœli. Si ergo  
Deo posset competere alterare: posset & compe-  
tere, quod ageret in virtute alterius: & per cō-  
sequens. quod ageret, ut organum. quod est in-  
conueniens.

**I N C O N T R A R I V M** est: quia quod  
potest, quod maius est: potest quod minus. quod  
ergo pōt creare, qđ est agere nullo p̄sulposito.  
pōt alterare, qđ est agere aliquo p̄sulposito.

Præterea, vt dictum est, actiones, quas agit  
Deus mediantibus secundis agētibus, immedia-  
tè totas potest agere sive secundis agentibus, &  
immediatè totaliter. ipsam ergo alterationē, quā  
agit mediantibus secundis causis, poterit per se-  
ipsum immediatè exercere.

## R E S O L V T I O.

**D**eus ratione sue perfectionis, & infinitatis, & re-  
rum, quæ sunt apud ipsum, potest imme-  
diatè producere accidens, ne-  
dum substantiam.

**R E S P O N D E O** dicendum, quod triplici  
via venari possumus, quod Deus non solum po-  
test create & immediatè producere substantiam,  
sed etiam potest alterare, & immediatè produ-  
cere accidens. Prima via sumitur ex perfectione  
eius. Secunda ex infinitate ipsius. Tertia ex ra-  
tionibus rerum, quas apud se habet.

Prima em̄ via sic patet: Dicemus enim, q̄ sub  
stantia Dei non determinatur ad aliquod genus  
entis, sed habet in se perfectiones omnium gene-  
rum, vt declarari habet in s. Metaph. Virtus er-  
go creature, q̄ determinatur ad genus, & ad spe-  
ciem, vt calor ignis, qui determinatur ad certam  
speciem qualitatis per se, & immediatè: sic indu-  
cet accidens, & illam speciem qualitatis, quod p  
se, & primo, & immediatè non poterit in ipsam  
substantiam. Sed Dei substantia, quæ vnituē, &  
simpliciter habet in se perfectiones omnium ge-  
nerum: non determinatur ad hunc, vel ad illum  
modum agendi. Poterit ergo Deus per substan-  
tiā suā immediatè producere substantiā crea-  
ture: quia verē vnituē, & simpliciter omnis per-  
fessio reperta in substantiā creature, multo excel-  
lentior modo habet esse in substantiā Dei; po-  
terit etiam Deus per illam eandem substantiā im-  
mediatè producere ipsum accidens: quia verē  
in substantia Dei reseruantur non solum per-  
fectiones repertæ in prædicamento substantiæ, sed  
etiam perfectiones repertæ in omnibus prædi-  
camentis alijs.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex infini-  
tate Dei, imaginabimur autē, quod virtus crea-  
turæ non comparatur ad virtutem Dei, sicut li-  
nea ad lineam, sed sicut punctus ad lineam: quia  
lineæ ad lineā est aliqua proportio: virtutis au-  
tem creatæ, quæ est finita: ad virtutē increatam,  
quæ est infinita: nulla est proportio æqualitatis;  
hicit sitibi proportio ordinis, nulla em̄ est linea

Aegid. super ij. Sent.,

E ita

Finiti ad in-  
finitum est  
proportio or-  
dinis, non  
æqualitatis.

ita parua: q̄ in aliquo numero sumpta, non redaret eque, vel plus, quam linea quæcunque data, quantumcunque sit magna: nunquam tamen posset rotiens sumi virtus creature, quod aequaliter, vel excederet virtutem diuinam. Est ergo inter hanc virtutem, & illam proportionis ordinis: quia una ordinatur ad aliam: non autem proportionis qualitatis, vel equalitatis. Ideo, ut dicebatur, & bene, una non comparatur ad aliam, sicut linea ad lineam, sed sicut punctus ad lineam: sic & linea, & punctus sic se habent, quod ad quemcunque locum potest attingere linea cum puncto: attingeret, si esset inde amotus punctus, quia punctus nullam magnitudinem addit supra lineam. Non enim plus de magnitudine est in puncto, & linea: quam in linea solu, ergo & in propo-posito: ad quæcunque effectum attingit diuina virtus, mediante virtute creature, potest attingere sine huiusmodi virtute: quia non est plus de virtute in Deo, & creaturis, quam in Deo solu. totum enim, quod habet creature, habet a Deo, ubi autem aliquid potest agens principale cum organo, quod non potest sine organo: hoc est: quia aliquid habet organum, quod non habet ab agente principali: quod in proposito patet esse falsum. quia ergo nihil habet creature, quod non habeat a Deo, & quicquid potest Deus mediante creature: potest sine ipsa: cum mediante creature materiam alteret, etiam sine ea poterit alterare.

Tertia via ad hoc idem sumitur ex rationib⁹ rerum, quas apud se habet. Nam cum in Deo sint rationes omnium, & omnia posit per seipsum facere: quorum rationem apud se habet; quia nihil facit per creaturem, cuius rationem apud se non habeat: quicquid facit mediante creature, poterit facere sine ipsa.

**R E S P. A D A R G.** Ad primum dicendum, quod, ut patuit, substantia Dei non determinatur ad aliquod genus: sicut determinantur ea, quæ sunt in creature: ideo licet creature agens per suam virtutem, quæ est accidentes, & quæ est determinata ad genus: non possit immediatè causare nisi accidentis: Deus tamen agens immediatè per suam substantiam: quæ non determinatur ad aliquod prædicamentū: poterit immediatè causare res diuersorū prædicamentorū, poterit n. immediatè causare tam substantiā, quam accidentis.

Ad secundum dicendum, q̄ perfectio actionis in agente primo: potissimē est attendenda: secundum q̄ requirit decor vniuersi, & quia ad decorum vniuersi faciunt omnia: ideo omnium est ipse Deus productor, & omnium est causa, & actor. nam vt dicit August. in Ench. Ex omnibus totum, & perfectum cōstat vniuersitatis admirabilis pulchritudo, ipse. n. res imperfectæ suo loco positæ, & bene ordinatæ vniuersum decorat: sicut color niger debito loco positus picturam ornat. Vel possumus dicere, q̄ totum & perfectum est idem: vel est secundum naturam proximum, illius ergo perfecta sunt opera: qui potest in omnia, & ille perfecte agit, qui potest agere secundum omnē mo-

A dum agēdi, & quia Deus in agendo est perfectissimus; ideo potest omni modo agere, potest. n. agere per seipsum, & potest agere, medianibus alijs agentibus, potest agere eo modo, quo agunt alia agentia, & potest agere modo excellentiori, ad quem nō attingunt alia agentia. Exponemus ergo auctoritatem assumptam: quod Dei perfecta sunt opera, i. in hoc differt Deus ab alijs agentibus: quia non solum potest agere, sicut agunt alia agentia inducendo primo accidentis, & alterādo materiam, & postea inducendo substantiam; sed etiam potest agere modo excellentiori, & perfectiori: producendo primo substantiam, & postea substantiam productam ornando, accidentibus debitibus.

Perfecta age  
re quid sit.

Dei perse-  
sta sunt ope-  
ra, quomo-  
do intelligi  
debeat.

B Ad tertium dicendum, quod cœlum est primum alterans: non alteratum motum: quicquid ergo alterat motum, alterat in virtute cœli: secundum hunc cursum naturæ, quem videmus. Deus autem est primum agens omnem actionem immobile, & quia semper mobile innititur immobili: ideo Deus non alterat mediante cœlo tanquam mediante agente principali, sed tanquam mediante organo: nec virtus Dei innititur virtuti cœli tanquam virtuti principalis agentis: cum Deus sit virtus virtutum: sed cœlum, & omnia alia innituntur virtuti eius.

Alteratio à  
cœlo, & à  
Deo diversa  
modis.

## A R T I C. II.

*An creatio sit idem, quod esse crea-  
tura. Conclusio est affir-  
mativa.*

**Aegid.** Quol. 6. q. 4. De esse & essentia q. 7. D. Tho. 1. p. q. 45 art. 3. Sco. diff. 1. q. 5. Henr. Gand. Quol. 11. q. 3. Nic. de Nijse tract. 1. p. q. 4.



E C V N D O q̄ titur: virū crea-  
re, vel creatio sit idem, quod  
esse creature. Et videtur quod  
non: quia creatur non solum  
esse, sed etiam essentia: si ergo  
creatur totum, creatio non di-  
cit solum esse, sed dicit totum.

Præterea creare est agere: ergo creatio ē actio: sed esse non est idem, quod agere, nec qđ actio: cum esse dicat aliquid in alio: agerē & actio ali-  
quid ab alio. creatio ergo nō est idem, quod esse.

Præterea semper res sunt, sed nō semper créa-  
tur. Arguat ergo sic: Si creatio esset idem, qđ  
esse: quamdiu esset in re esse: esset in ea creatio,  
& quia illud, in quo est creatio, creatur: ergo res  
crearetur, quamdiu esset: quod falsum est.

I N C O N T R A R I V M est: quia hoc est  
creare res, quod dare eis esse, est ergo & creatio  
quædam essefactio, sicut & ergo calefacere, ca-  
lefactio, & calor: idem sunt, & non differunt nisi  
secundum modum se habendi: sic essefactere,  
& essefactio, & esse idem sunt, & non differunt,

\* Creatio  
est quædam  
essefactio.  
\* Calefa-  
ctio, & cal-  
or, qđ diffe-  
rant.

nisi

nisi secundum modum se habendi : vel secundum modum significandi, vel secundum modum accipiendi.

Praeterea idem est realiter res in se, & ut est ab alio, ut idem est calor, ut est quedam res in se : & ut est inductus à calefaciente. idē ergo erit esse, quod esse factio, & calor, quod calefactio. Differunt in secundum modum considerandi : quia calor dicit rem absolute: calefactio dicit illam eandem rem, ut est ab alio inducta: sic esse dicit quedam rem absolute, esse factio dicit illam eandem rem, ut est ab alio inducta: & quia creatio est quedam esse factio: si esse factio non est res alia ab esse: consequens est, quod creatio non sit realiter aliud, quam esse.

## R E S O L V T I O.

*Creatio non est aliud realiter, quād esse rei: cum creatio sit actio transiens, perfectio atti, & assimilatio ad agens.*

R E S P O N D E O dicendum, quod ad patefaciendam veritatem quæsti videndum est, quid per se agitur, & quid est actio: & ex hoc patere poterit quid per se creatur, & quid est creatio. Dicimus ergo, quod per se non fit nisi compositum, ut declarari habet in primo Physicorum. Et in 7. Metaphysicæ: Non enim fit potentia: nec fit actus per se, sed compositum ex utriusque, actus, n. secundum se, & quantum est de se, semper est: ut esse quantum est de se, semper est: Quod enim per se deficiat ab esse, non est intelligibile, quia tūc idē deficeret à seipso, sed si esse delinit, hoc est per accidens, quia est tale esse; quod non potest per se esse: sed requirit aliquid sibi substratum, in quo substantetur tale esse, & quia illud substratum potest ei deficere: ideo potest deficere illud esse: & huiusmodi est esse cuiuslibet creaturæ, esse enim cuiuslibet creaturæ: non ratione, qua esse: potest deficere: sed ex eo, quod est esse in alio receptu, non potens per se esse: & quia illud, in quo recipitur, potest ei deficere: ideo consequens est, quod possit etiam deficere quodlibet tale esse. Actus ergo, & esse: per se non cadit sub factione, sed solū talia sub factione cadunt: prout sunt in alio recepta. Sic etiam potentia per se non cadit sub factione: tanquam illud, quod fit: vel tanquam id, quod generatur: licet possit cadere sub factione: tanquam id, quod factio subiicitur. Nā quāndiu aliquid est in potentia: non est. Si ergo ipsum factum, & ex quo factum est: idem habent esse: consequens est, quod potentia non cadat per se sub factione: tanquam id, quod est factum, quia est in potentia, & quāndiu est tale: non est. Ad hoc ergo, quod aliquid sit factum: non oportet, quod sit potentia tantum: sed oportet, quod ei superaddatur actus. erit ergo compositum ex potentia, & actu: potest enim potentia cadere sub factione tanquam id, quod factio subiicitur: ut ipsa materia est id, quod generationi subiicitur: ipsum tamen generatum non potest esse materia tantum. semper enim generatio, & vniuersaliter

Actus, & potentia cōmodo fiant.

7. Met. t. c.  
26. 27. & 12.  
Metaph. t. c.  
12.  
Alteratio  
quo fiat.

Generatio  
quo fiat.

Creatio  
quo fiat.

Actus, & po-  
tentia in al-  
teratione,  
& generatione  
non idem.

Alterans, &  
generans  
facient cō-  
positum.

factio terminatur ad actum. Si ergo actus secundum se non cadit sub factione: semper in factio ne erit duo cōsiderare: videlicet id quod factio n̄t subiicitur, ut potentia, & id ad quod factio terminatur, ut actus factum ergo per se non erit ipsa actus secundum se, sed ut in alio: nec erit ipsa potentia secundum se, sed potentia, ut tendit in aliud, & ut est sub alio. Et quia actus in alio, & potentia sub alio: dicit ipsum compositum: conse quens est, quod per se fiat ipsum compositum, & generato cōposito, generetur materia, & forma: quæ sunt partes eius. Ut hoc loquarur vniuersaliter de omni factione dicamus: quod per se fiat, componitur ex potentia, & actu: ideo fiat potentia, & actus. quod sic declaratur: Dictum est enim, q̄ actus non cadit sub factione: nisi quia fiat in alio. Si ergo, quia fiat actus in alio: ideo fiat actus. cum actus in alio dicat compositum: non fit actus, nisi quia fiat compositum. sic quia non fit potentia, nisi quia fiat sub alio: cum potentia sub alio dicat compositum: non fit potentia nisi quia fiat compositum. quodlibet ergo agens in omni sua actione: siue illa actio fit alteratio, siue generatio, siue creatio: non facit actum per se: nec potentiam per se, ut in dealbatione corporis, quæ est quedam alteratio: non fit corpus. quia supponitur in tali actione esse corpus: nec fit albedo per se, sed fit totum: videlicet corpus album, dealbans enim corpus: non facit albedinem per se: sed ideo facit albedinem, quia facit albedinem in corpore: & quia non differt dicere albedinem in corpore, & dicere corpus album, ut potest patere ex 5. Met.

C Ideo dealbans corpus, quia non facit albedinem, nisi quia facit albedinem in corpore, per se facit compositum, quia facit corpus album, vel albedinem in corpore: & quia facit compositum, facit partes compositi: sicut & in generatione corporis non fit materia per se, nec forma, sed compositum: & quia fiat compositum ex materia, & forma: sunt partes compositi. s. tam materia, quam forma.

Sic, & in creatione correspōderet, ut si modo createtur aliquod corpus, non crearetur essentia illius corporis per se, nec esse: sed crearetur compositum ex essentia, & esse, & quia crearetur cōpositum ex essentia, & esse, crearentur & partes compositi. s. tam essentia, quam esse. In omni ergo factione fit compositum ex potentia, & actu: sed huiusmodi partes. s. potentia, & actus aliter assignamus in factione, quæ est alteratio: & aliter in factione, quæ est generatio, & aliter in factione, quæ est creatio. Nam in alteratione potentia, & actus sunt subiectum, & accidens: in generatione sunt materia, & forma, ita quod quicquid generatur, loquendo de generatione, prout reperit in rebus creatis: est compositum ex materia, & forma. Sed in creatione, potentia, & actus sunt essentia, & esse, ita quod quicquid creatur est compositum ex essentia, & esse. Alterans ergo facit per se compositum ex subiecto, & accidente: & faciendo compositum, dicitur facere tam accidēs, quam

Aegid. super ij. Sent. E 2 subie-

**Subiectum.** Et generans facit compositum ex materia, & forma, quod faciendo dicteur facere tam materialm, quam formam. Et in creatione agens facit per se compositum ex essentia, & esse, quod faciendo dicitur facere, vel creare tam essentiam, quam esse: aliter tamen, & aliter nam alterans non facit subiectum simpliciter, sed facit subiectum sub accidente, erat, n. subiectum ante, quam alteraretur, sed non erat sub illo accidente, sub quo est, cum iam est alteratum. Et generans non facit materiam simpliciter: erat, n. materia ante hanc generationem, sed facit eam sub hac forma, sub qua incipit esse per generationem: sed creans licet non faciat esse per se, sed esse in alio: nec essentiam per se, sed essentiam sub alio: utunque tamen dicitur facere simpliciter, quia nec essentia, nec esse, nec aliquid erat de ipso creato ante creationem.

Viso quid in factione sit, & quid in actione agitur: restat videre quid est ipsa actio, quia, hoc viso, patebit quid sit creatio. Dicemus ergo, quod licet agens agat totum: actio tamen propriè non dicitur ipsum totum: sed dicitur aliquid, quod est perfectio totius: dicemus enim, quod ipsa potentia agitur in quantum subiicitur actioni, & ipse actus agitur in quantum terminat actionem: Verum quia, ut diximus, nō agitur potentia, nisi ut subiicitur alij: nec agitur actus, nisi ut efficitur in alio: ideo totum per se agitur. Partes autem fiunt factione totius: aliter tamen, ut patet, & alter: nam potentia fit, ut diximus, inquātū subiicitur actioni: actus autem fit in quantum, terminat actionem. Sed id, quod subiicitur actioni propriè loquendo est realiter diuersum ab ipsa actione: id autem, quod terminat actionem non operat realiter differre ab ipsa actione, ut illud, quod subiicitur calefactioni realiter differt ab ipsa calefactione: sed calor, qui dicit esse calefactionis terminus, quia calefactio est via in calorem: non est realiter differēs ab ipsa calefactione, vel si differt realiter: hoc est solum, quia calefactio dicit calorem incompletum: calor autem tunc potissimum est: quando est completus, & perfectus. Sed si calefaciens totum calorem, quem debet inducere, induceret simul calefactio actio, & calefactio passio, & calor, non different secundū rem: sed secundū modum considerandi, eadē enim res secundum se absoluē accepta esset calor, & ut est ab alio, esset calefactio actio: ut autē est in alio recepta, esset calefactio passio. calefaciens ergo totum facit, & calefactibile, & calorem: quia ut dictum est: non fit nisi compositum: attamen calefaciens non facit totum, nec facit quamlibet partem totius simpliciter, quia erat calefactibile ante, quam caleficeret. Sed si esset calor separatus,

Quest disputata edita ab Agid anno 21. sed etiam 22. quod est. disputata polsius intel ligi: de ece, & essentia: De Mensa-  
ra Ang. &c. De Kefur.  
De Grad.

& ille esset agens primum, vt in quæstionibus no stris disputatis diffusius diximus, omnia entia es sent calida. ipsum ergo calefactibile esset effectus calotis, & hoc modo calor separatus ageret; quia simul produceret calefactibile, & calorem. Actio ergo eius esset facere calidum, quod hoc modo fa ceret: faciendo simul calefactibile, & calorem. Si autem actio eius esset facere calidum, calefactio-

## Pars I.

**A** *eset actio ipsius & quia calefactio est idem realiter cum ipso calor et actio caloris separati eset calor in materia sive calor receptus in calefactibili: calor ergo separatus solum calefaciendo, produceret: sed produceret calefactibile inquitum subiiceretur calefactioni: produceret autem calorem inquitum eset terminus calefactionis: & quia calefactio, ut dictum est, magis se tenet propriè cum termino, quam cum subiecto: licet totū ageretur: actio tamen eset ipse actus inductus in potentia: non autem eset propriè potentia producta sub actu. Sic & in pposito: Deus est quodam esse separatum: ab illo autem esse est esse in omnibus alijs rebus ita, quod omnia sunt esse. Etus Dei in quantum participant esse: actio ergo Dei est facere res esse: sive est esse factio: & quia esse factio non est aliud, quam esse factio: ideo creatio, quæ est quedam esse factio, realiter est ipsum esse per creationem communicatum. Est autem creatio esse factio non quælibet: sed talis esse factio, quod potentia tempore non præcedit actionem, sed simile producitur cum actu. Ideo licet omnia agentia faciant esse: non tamen omnia creant, quia non omnia sic faciunt esse, ut sic faciant potentiam sub actu, quod tempore potentia non præcedat actionem. Possimus autem triplici via ostendere: quod creatio non est aliud realiter, quam ipsum esse rei. Dicemus enim de creatione tria. Primum quod est actio transiens in exteriorem materiam. Et ex hoc primo sequitur secundum, quæ sit quedam perfectio acti. Ex his aut duobus sequitur tertium, quod sit assimilatio ad agens.*

**C** *Prima via. Sic patet. Nam ex quo creatio est a-  
ctio transiens in exteriorum materiam: constat,  
q[ue] totum non trahit in exteriorē materiā, quia iūc  
idem transfert in seipsum: sed accipiendo mate-  
riam largè pro omni potentialitate; id, quod tran-  
sit in exteriorum materiam: vel id, quod reci-  
pitur in exteriori materia, vel in exteriori poten-  
tia; est ipse actus. id autem, quod se habet tāquā  
actus in creatione, est else: ideo creatio, siue ef-  
ficiatio est ipsum esse: totum ergo sit, & totum  
creatur, sed totum non est actio.*

Secunda via ad hoc idem sumitur ex eo, quod  
creatio est perfectio acti. Nam si est actio trahens:  
cum haec sit differentia inter actionem transeun-  
tem, & manentem, quia manens est perfectio agē-  
tis: trahens est perfectio acti: creatio, quae est actio  
transiens: erit perfectio acti, cum ergo ipsum to-

D tum non sit perfectio acti; licet totum creetur, & totum agatur; non erit totum creatio; nec erit totum actio; sed illud erit actio, quod est perfectio potentiae: & quia in creatione, ut dictum est, esse se habet sicut perfectio, & sicut actus: essentia se habet sicut potentia perfecta per huiusmodi actum: creatio erit idem realiter, quod ipsum esse, quod est ipsa perfectio. Ex hoc autem apparet, quod non est differentia inter creationem, & transmutationem naturalium agentium: propter hoc, quod creatio non sit aliquid in exteriorum materiam transiens, vel receptum in exteriori potentia. quia creatio est sic actio transiens, sicut transmutatio.

i form: De Dis  
ferētia Eth.  
Pol. & Rhet.  
Et de intēt.  
in Medio .  
Et q disputa  
biles in Me  
taph.

Creatio qd.

Actio trans-  
fiens est per-  
fectio acti;  
immanens  
vero agētis.

**Esse dicit  
actum: Essē  
tia verò po-  
tentiam:**

# Quæstio III.

**S**ue actio secundorum agentium, prout transmutantur, est actio transiens in exteriorem potentiam. Sed differentia est, quia actio, de qua loquimur, agentium naturalium; sic est transiens in exteriorem potentiam, quod illam exteriorem potentiam. tempore presupponit. In creatione autem quando creaturæ aliquid per se existens: potentia tempore non præcedit actu, sed simul producitur cum actu. Rerum non est differentia inter productionem secundorum agendum, & creationem, quod secunda agentia non faciant totum: tam potentiam, quam actum. Sed differentia est, quia secunda agentia non faciunt potentiam simpliciter, sed faciunt eam sub hoc actu: creans vero facit ipsam potentiam simpliciter, quæ in creatione tempore non præcessit actu. Totum ergo in creatione sit, & totum agitur; tamen, ut diximus, totum non est ipsa actio, sed actio est ipsa perfectio recepta in exteriori potentia, vel est ipsum esse. Nam eadem res, ut est perfectio esse, est esse, ut est ab alio inducta in potentiam, quam tempore non præcessit, sed origine: est creatio actio: prout autem est in alio hoc modo recepta: sic est creatio passio.

**I**dea considerationis, & factionis. Tertia via ad hoc idem sumitur ex eo, quod talis actio, cuiusmodi est creatio: est assimilatio ad agens: hoc autem potissimum fit per esse: nam quicquid sit de idea considerationis: idea tamen factionis rei semper est per respectum ad esse: ita q̄ nihil fit; nisi ut accipit aliquid esse. Hoc ergo modo esse separatum, quod est Deus: per creationem assimilat sibi res faciendo eas esse. Ergo, ut sepe saepius diximus, creatio est quædam essefactio: & quia idem est realiter esse creature secundum se consideratum, & ab alio inductum: idem est esse, quod esse factio: & per consequens idem est creatio realiter, quod ipsum esse.

Aduertendum tamen, q̄ multotiens à Doctribus inuenimus dictum: Quia creatio est quædam relatio, vel respectus quidam. quod & suo modo veritatem habet. Nam creatio potest mihi dicere, vel ipsum esse rei: cum creatio sit quædam essefactio, vel potest mihi dicere respectum fundatum super tali esse: sicut & potentia materiae potest dicere, & ipsam essentiam materiæ, & respectum fundatum in tali essentia: vnde Comm. super j. Phy. vult, quod materia non sit sua potentia, quia potentia est in genere relationis: materia in genere substantiae. Et in de substantia orbis vult, q̄ materia substantietur per posse: ita quod si non esset nisi ipsa substantia materia: essentia esset huiusmodi potentia. creatio ergo est ipsum esse, & nihilominus per creationem intelligere possumus relativum, sive relationem fundatam in huiusmodi esse.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, q̄ licet totum creetur, & licet totum agatur: tamen, ut diffusè patuit, nō totum dicitur actio: nec totum dicitur creatio. Sed cum totum, quod creaturæ, sit compositum ex potentia, & actu; illud, quod in eo se habet tanquam actus, illud est actio, & illud est creatio: & quia hoc est in crea-

# Artic. III.

37

A tione esse: ideo, &c.

Ad secundum dicendum, quod omne agens dat aliquid esse per suam actionem, & quia actio semper est via in aliquid esse: ideo non oportet, quod differat realiter à tali esse: sicut calefactio, quæ est via in calorem: non differt realiter à termino, qui est calor: actio ergo erit illa perfectio, quæ ab agente in potentia recipitur. Et quia in creatione hoc est esse: ideo, &c. Ad formam autem argumenti, cum dicitur, quod esse non est idem, quod actio, vel quod agere, quia esse dicit aliqd in alio: agere autem, vel actio dicit aliqd ab alio: dici debet, quod hoc non arguit differentiam secundum rem, sed secundum modum considerandi, vel se habendi, eadem enim res, quæ est in alio, potest sic esse in alio, quod est ab alio.

B Ad tertium dicendum, quod sufficit differentia secundum rationem inter esse, & creationem: ad hoc, quod semper res sit, quamdiu est: non tamen semper creetur. eadem ergo res, ut est perfectio esse: est esse, ut est ab alio inchoata, & sic inchoata, quod eam non præcessit tempore potentia, in qua recipitur, sic est creatio: ut vero est talis perfectio continuata: sic est conseruatio. & quia ista secundum sc, & ut inchoatum, & ut continuatum: non addunt rem aliquam supra esse, sed solum habitudinem ad agens: ideo creatio, & conseruatio non dicunt rem aliam, quam esse, nihil est enim aliud creatio, quam quædam essefactio, vel quædam inchoatio, & conseruatio, & quædam esse continuatio. Si ergo creatio est quædam essefactio, vel quædam esse inchoatio: licet omne inchoatum nō sit aliud, quam esse: tamen quia esse creature non semper inchoatur, quamdiu est, sed est, quamdiu est: ideo huiusmodi esse dicitur semper esse, quamdiu est, non autem semper creari.

## A R T I C . I I I .

*An Dei actio possit se extendere ad plura. Conclusio est affirmativa.*

Aegidius de esse, & essentia, q. 2. Alex. de Ale, q. 6. D. Tho. 1. p. q. 47. ar. 1. D. Bonav. dist. 1. par. 2. art. 1.

D



E R T I O queritur: Vtrum actio Dei possit se immediatè ad plura extendere. Et videtur, quod nō: quia si aliqua causa est, propter quam potest Deus plura immediatè producere: hoc est, q̄a habet in se idearum pluralitatem: sed id est excusat in Deo non differt nisi solum secundum rationem: ergo propter huiusmodi pluralitatem non poterit Deus plura immediatè producere, nisi secundum rationem tantum.

Præterea pluralitas secundum rationem est pluralitas secundum nostrum modum intelligendi. nam

Com.70.

Cap. I.

II.

III.

# 38 Distinctio I.

## Pars I.

nam omnes illæ rationes in Deo sunt vnitius, & A simpliciter: quas nos vnitius & simpliciter non possumus capere, sed noster modus intelligendi nihil facit ad pducere Dei: pp ergo tales plures rationes non poterit immediatè plura pducere.

¶. 40.30.

Sol diuersa efficit ex diuersitate recipientium.

Præterea secundum Phylosophum in secundo de generatione, Idem manens, id est semper facit idem: non n. videtur possibile quod sit diuersitas effectuum: nisi vel ex diuersitate agentis: vt Sol nō eodem modo calefacit nos in hyeme, & estate; quia non eodem modo ascendit directè super nos hoc tempore, & illo. In hyeme enim emittit radios super nos magis oblique. Est ergo huiusmodi diuersitas ex parte agentis: quia sol non manet eodem modo semper, vel potest esse diuersitas ex parte receptionis materiae, vt dato, quod Sol semper eodem modo ageret: liquefaret ceram, & induraret lutum: propter diuersitatem recipientium ipsum. ergo agens quatum est de se, nisi diuersificetur, semper facit idem. & qd Deus est omnino immobilis: immediatè nō nū vnum effectum producit.

Sap. 7.

Præterea videntur sic omnia entia procedere à primo, sicut omnes numeri ab unitate: sed non est nisi unus numerus immediatus ipse unitati. ergo non erit nisi unum ens immediatè se habens ad Deum, & per consequens Deus non nisi unum immediatè producet.

Tom. t.

IN CONTRARIUM est, quia dicitur Sap. 7. de Deo. Quia omnium est artifex, omnem habens virtutem, sed non esset omnium artifex, omnem habens virtutem: si non posset omnia immediatè producere.

Præterea August. 12. Confess. exponēs illud: In principio fecit Deus cœlum, & terram: dicit, In principio, i. in verbo suo sibi coetero: fecit Deus intelligibilem, atque sensibilem: spiritualem, atque corporalem creaturam. Deus ergo nō per aliquam creaturam medium, sed per verbū suum coeterum sibi: quod est idem essentialiter quod ipse: produxit plura immediatè: spiritualem, & corporalem substantiam.

### RESOLVATIO.

Angeli, celi, materia, & individua animalium perfectorum prima à Deo tantum produci potuerunt. Hinc Deus plura immediatè produxit.

RESPONDEO dicendum, quod in hac, q. sic procedemus: quia primo declarabimus quod à Deo immediatè plura processerunt. Secundo dabimus modū, quomodo poterint à Deo plura immediatè produci. Tertio manifestabimus quo modo veritatem habeat dictum Phylosophi: qd idem manens idem semper facit idem. Propter primum sciendum, quod quadrupliciter declarare possumus, qd à Deo plura immediatè processerunt. Primo per ea, quae non habent materiam partem sui. Secundo per ea, quae & si habeat materiam patrem sui: non tamen habent eam contrarietati subiectam. Tertio per ea, quae etiā ha-

beant materiam patrem sui: & habeant eam contrarietati subiectam: non tamen possunt naturaliter fieri sine simili in specie. Quarto & vltimo possumus hoc ostendere p ipsam materiam.

Primum sic patet: quia ea, quae non habent materiam patrem sui: non possunt produci auxilio alicuius agentis creata. Nam vltimum, ad quod possunt omnia agentia creata, est resoluere vsq; ad substantialem formam. Vltimum ergo, quod possunt, est inducere formam substantialem in materia. Intelligentiae ergo, quae sunt formae per se existentes, non in materia receptae: non possunt produci ab aliquo agente creato: immo, vt supra dicebamus: si forma fieret per se, fieret ex nihilo. cum ergo dictum sit, intelligentias esse formas p se existentes, non possunt produci nisi ex nihilo: & quia hoc non potest aliqua creatura: nec pōtē cōicati alicui creaturæ, vt supra q. 2. art. 5. diffusus disputauimus: ideo oēs intelligentiae sunt à Deo immediate productæ: sed huiusmodi intelligentiae sunt in maxima multitudine: iuxta illud Job 25. Nūquid est numerus militū eius. Et Diony. 14. de Angelica Itera, ait: Multæ enim sunt beatæ militiae supermundialium intellegentiarum: superantes infinitam, & coarctatam, cōmensurationem numerorum materialium secundum nos, i. materialium retum. Innuit enim Dionysii, quod plures sunt illæ supermundaneæ militiae, i. angelorum: quām sit commensuratio numeralis, i. quām sit numerositas istarum materialium retum: quod intelligi potest, quatum ad species, vt quod plures sint species angelorum, qd istarum materialium: quia quilibet angelus facit per se speciem, nō autem qd qualibet res materialis, multa ergo à Deo immediatè processerunt: quia omnes intelligentiae.

Secundo hoc idem declarari potest ex parte ipsorum cœlorum: qui etiā habent materiam partem sui: non tamen habent eam contrarietati subiectam: propter quod ex tali materia nullū agens naturale potest aliquid producere: omnes enim productiones naturales sunt ex contrarijs, & in contraria, vt declarari habet in pluribus locis Phylosophie. Sunt enim tria principia in natura: ex quibꝫ sunt res naturaliter: materia, forma, & priuatio, vt declarari habet in primo Phylos. Cum ergo materia semper sit annexa priuatio alicuius formæ, & priuatio, & forma sunt contrariae: in omni naturali productione erit transmutatio materiae subiectæ de contraria in contrarium. Propter quod nullum agens naturale potest producere rem aliquam habentem materiam partem sui non contrarietati subiectam. A Deo ergo processerunt plura immediatè: quia non solum omnes intelligentiae, quae nō habent materiam partem sui, sed etiam omnes cœli immediatè sunt pducti ab ipso: qui etiā cōpositi sunt ex materia, & forma: materia tñ illa non est contrarietati subiecta: quia forma cœli non est forma habens contrarium, vt vult. Commen. in de substantia orbis. Ideo signanter de cœlis loquitur Job 37. cum ait: Tu forsitan cum eo fabri-

\* Angelus quilibet f. cu p se citem. qd cui huma nialis, nō uite D. Th. quol. 2. ut. Et Aegidi separata. Materia i. ext. luppoli. & par ro, nō in in terial bus id. in que 2. q. 7. inf. d. 3. q. 2. ai. 3. Idem Th. p. q. 5. a. 4. Cppu iuin afer. Sto. 2. sen. 3. q. 7. & 1. 2. q. que moris at thoracis L. m. a. dici tis in elem tari. c. 1. Deus feci dum vnum qd p. or. & spes. Angelorum Hypnotas et cōdit. Et ex Antical ratiōnē ti pote Steph ni. Parte. Ep. 1. 1216 vñ. citor. tle. tor, dice. quod Deu ou possi plurimē intelligentias eiōde spec ei, qu earent ma teria. Aegiu ver. q. 10. nō negat p tentiam, se congruent secundū or que. n. vid mus tandi nō autē nō gat Phylos phice, nō theologice vi ipse ait. Cœli q. 3. fine corp. + Qz lib stellæ faci vna spes. sed melius id vide in d. 3. q. 1. 2.

# Quæstio III.

# Artic. III. 39

eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi, quasi æte-  
fusi sunt. q.d. quod tu, qui es creatura: nō es fa-  
bricatus cum eo cœlos: quia ipse p se ipsum fa-  
bricatus est eos; qui solidissimi sunt: quia agens  
naturale eos alterare non potest. sunt enim cœli  
inalterabiles, & indestructibiles, & in generabi-  
les: non susceptibles peregrinarū impressionū.

Tertio hoc idem declarare possumus per ani-  
malia perfecta: quæ non possunt naturaliter pro-  
ducit: nisi per simile in specie: quia non sit natu-  
raliter equus: nisi ab equo. Ponendo ergo, sicut  
solidissima veritas fidei ponit, quod mūdus in-  
cepit: omnia individua prima animalium perfe-  
ctorum, vt equus primus, & leo primus, & pri-  
mus homo, & cetera talia: fuerunt immediate  
à Deo producta.

Quarto hoc idem declarari potest ex parte ip-  
sius materiæ, nam materia non fuit producta,  
nec produci potuit ex alia materia: ideo, vt supra  
diximus, August. in de vera Relig. Mundū istum  
sensibilem dicit factum ex materia informi: ma-  
teriam autem informem dicit factam omnino  
**To. I.** ex nihilo. In ipsam ergo materiam simpliciter  
loquendo non habent causalitatem: nec ha-  
bere possunt alia agentia à Deo, propter quod  
plura sunt immediate à Deo producta.

Viso quomodo cogimur ponere plura esse à  
Deo immediate producta: volumus dare modum,  
quomodo hoc fieri potuit. Dicemus quidem, quod  
non potest esse nisi duplex principiū  
terū per se loquendo: natura, & voluntas. Quid.  
n. habet per se causam, vel fiat ab agente per  
naturam, vel ab agente per voluntatem: siue ab  
agente per appetitum. Et licet aliqui dixerint: q  
tria erat principia terū. s. Naturæ, mos, & ratio,  
ita quod quidquid sit, vel sit ab agente per natu-  
ram, vel ab agente per voluntatem, vel ab agen-  
te per morem suum. i. per consuetudinem; Di-  
cimus, quod consuetudo inclinat in aliquid per  
modum naturæ: ideo virtus ex consuetudine in-  
ducta certior est omni arte: quia inclinat p mo-  
dum naturæ: potissimè etiam consuetudo indu-  
cit in agentibus per appetitum, lapis enim &  
si decies millies impellatur sursum, nō astueret  
sursum ascendere: propter quod consuetudo nō  
debet facere tertium principium distinctū à na-  
tura, & voluntate: siue à natura, & appetitu, sed  
aliquo modo inclinat nos consuetudo cum na-  
tura, & aliquo modo cum appetitu.

Aduertendum ergo, quod licet natura semper  
sit determinata ad unum: voluntas tamen in ali-  
quid fertur necessario, & determinatè, & quasi  
naturaliter vt in finem: in aliquid vero fertur se-  
cundum electionem, vt posit ea libere velle, &  
nolle; vt in ea, quæ sunt ad finem, quia ergo in fi-  
nem fertur voluntas quasi naturaliter: ideo re-  
spectu finis dicitur voluntas, vt natura: in ea au-  
tem, quæ sunt ad finem, quia fertur voluntas se-  
cundum electionem: ideo respectu eorū potest  
dici voluntas, vt voluntas.

**Voluntas, vt  
natura, resp  
ctu finis: vo  
luntas, vt vo  
luntas resp  
ctu eorum;  
qui sunt ad  
finem.**

\* Potentia  
Dei triplex  
cuicunque dif-  
ferentia.

\* Ex his autē patere potest, quæ differētia sit  
in Deo inter potentiam generandi, spirandi, &

A creandi, & quare Deus per potentiam genera-  
ndi non producit nisi unum filium, & pater & fi-  
lius per potentiam spirandi non producunt nisi  
unum spiritum sanctum: tota autē Trinitas per  
potentiam creandi producunt tantam multitudi-  
nem creaturarū, & producere posset multo ma-  
iorem, si sibi placeret. Dicimus enim, quod na-  
tura in patre est potentia generandi filium: vo-  
luntas autem, vt natura in patre, & filio est poten-  
tia spirandi spiritum sanctum: voluntas autem,  
vt voluntas in omnibus tribus personis, est poten-  
tia, per quam creatæ sunt creaturæ. omnia enim  
creata in diuinam voluntatem reducuntur tan-  
quam in causam, vt patet per Augusti. 3. de Tri-  
nit. Pater ergo p naturā est principium genera-  
tionis filij: ita quod pater nō est potens gignere,  
nisi natura, vt vult Magister sententiarum libro  
primo. Pater autem & filius prout est in eis vo-  
luntas, vt natura, sunt unū principiū spiritus  
sancti, procedit enim spiritus sanctus, vt amor,  
& per modum voluntatis: nō per modum volū-  
tatis, vt volūtas, vt quod p posse procedere, & nō  
procedere, sicut creatura, sed omnino necessaria,  
& immutabilis est sua processio: ideo potentia  
spirantia, per quam spiratur, & producitur: non  
dicitur voluntas, vt voluntas, sed voluntas, vt na-  
tura: Si enim Pater, & Filius nullā aliam bonita-  
tem vellent, nec diligenter, producerent spiritū  
sanctū. Ideo dicimus, quod Pater & Filius dilige-  
ndo se, producunt spiritū sanctum: & qd Pater,  
& Filius suam bonitatem volunt, & diligunt na-  
turaliter: ideo potentia spirandi spiritum sanctū  
erit voluntas, vt natura, inde est, quod tam filio,  
quam spiritui sancto communicatur natura di-  
uina: quia filius procedit à patre per naturam:  
spiritus sanctus procedit per modum volūtatis,  
vt natura: vel vt loquamur verbis cōmunitib⁹,  
procedit per modum voluntatis, concomitante  
natura, & quia cuicunque communicatur natu-  
ra diuina, ille est Deus: cum Deus sit illud, quo  
nihil maius cogitari potest: consequens est inter  
diuinæ personas esse summam æqualitatem. nunc  
autem sic est, quod secundum unum modū pro-  
ducendi, cum productum equatur producenti:  
non potest procedere nisi unum. ideo per natu-  
ram, secundum quem modū procedit Filius,  
qui æquatur Patri, non potest procedere à Deo  
nisi unus Filius, & per modū voluntatis, conco-  
mitante natura, secundum quem modū pro-  
cedit Spiritus sanctus, qæquatur Patri, & Filio:

**B** non procedit nisi unus spiritus sanctus. ex per-  
fectione enim productorum est, quod secundū  
unum modū nō producatur nisi unum ab ali-  
quo producente. Hinc ergo haberi potest via, quo-  
modo multiplicatæ sunt creaturæ, & quomo-  
do per potentiam creandi potest tanta multitudi-  
nem creaturarū tamē alias possunt velle, & nō velle.

Ca. 4. 10. 3.

Dicit. 7.

C Deus qd sit  
per negatio  
mem.

quod secundum unum modū producenti:  
non potest procedere nisi unum. ideo per natu-  
ram, secundum quem modū procedit Filius,  
qui æquatur Patri, non potest procedere à Deo  
nisi unus Filius, & per modū voluntatis, conco-  
mitante natura, secundum quem modū pro-  
cedit Spiritus sanctus, qæquatur Patri, & Filio:

D non procedit nisi unus spiritus sanctus. ex per-  
fectione enim productorum est, quod secundū  
unum modū nō producatur nisi unum ab ali-  
quo producente. Hinc ergo haberi potest via, quo-  
modo multiplicatæ sunt creaturæ, & quomo-  
do per potentiam creandi potest tanta multitudi-  
nem creaturarū tamē alias possunt velle, & nō velle.

Sed, vt

Creatura  
eū à Deo li  
berè proce  
dit.

Creatura  
à  
Deo quā  
deficiant.

Creatura  
quot modis  
à Deo def  
iciant.

Sed, ut dicebamus, si nullam aliam bonitatem vellent, nisi bonitatem suam: producerent spiritum sanctum, sed ad hoc, ut producatur creatura: oportet, q̄ Deus velit bonitatem illā, quam vult producere, quia productio creaturæ fieri non potest, nisi per voluntatem diuinam, cum bonitates alias à se Deus possit velle, & non velle: potest Deus creaturam producere, & non producere: si cut placet sibi, nullo ergo modo creaturis communicatur natura diuina secundum se, quia nec procedunt à Deo per naturam; nec per voluntatem, communicat natura, sed voluntas diuina, ut volūtas, & ut eligens facere, vel non facere, est productio creaturarum. valde igitur deficiunt creaturæ à Deo.

Hinc autem sumit originem multitudine creaturarum, dicemus enim, quod èquale est uno modo: defectuum autem multipliciter. Nam illud est èquale, quod attingit magnitudinem eius, cui æquatur: illud autem est defectum: quod ab illa magnitudine deficit, sicut ergo percuteatur, & attingere signum perfectæ est uno modo, ut si percutiatur rectè in medio: Deficere autem à signo, & deuiare est multipliciter: sic secundum unum modum producendi æquari suo producenti perfecto, vel immateriali non est nisi uno modo secundum unum modum producendi, sed deficere à suo producente perfecto, est valde modis multis. Dicimus autem secundum unum modum producendi, quia secundum aliud, & aliud modum producendi: posset ibi esse pluralitas, ut patet in filio, & spiritu sancto, qui producuntur non eodem modo producendi. Dicimus etiam à producente perfecto, quia à producente imperfecto possent plura procedere, secundum eundem modum producendi æqualia suo producenti, sicut ab eodem patre carnali procedunt plures filii æquales patri, sed ab eodem perfecto agere èm eundem modū pducendi, nō possunt plures procedere æquales sibi. Inequalia autem, & deficientia possunt, & tot possunt secundum ordinem per se, & essentiale procedere ab eodem agente perfecto: quot modis contingit ab ipso deficere. Quot ergo sunt creaturæ essentialiter differentes: tot sunt modi deficiēti à primo: immo plures sunt modi deficiēti à primo, quām sint creaturæ essentialiter differentes. Nam modi deficiēti à primo æquantur non solum creaturis essentialiter differentibus à primo productis, sed etiam creaturis possibilibus sic produci: nō ideo Deus producit, & potest producere plura essentia-liter differentia, quia sunt plures modi deficiēti ab ipso. Imaginabimur ergo, quod non sunt duas creaturæ essentialiter differentes: æqualiter deficientes à Deo: sicut nō sunt duo numeri specie differentes, æqualiter ab unitate distantes. Deus ergo agens per voluntatem, & intellectum: intelligit, quod nulla creatura potest ipsum perfecte capere, sed quilibet ab ipso deficit: magis autem, & minus: secundum quod una creatura est perfectior, vel imperfectior alia. quot ergo modis videt creaturas posse ipsum participare, & imper-

Afecte, & per cōsequens ab ipso posse deficiēti: tot modis videt se imitabilem, & participabilem à creaturis. Hoc est enim participare quasi partem capere, vel quasi partem habere imperfecte, quia sicut totum, & perfectum est idem, vel proximum secundum numerum, sic pars, & imperfectum est idem, vel proximum secundum naturam. participare ergo est partem capere, hoc est imperfecte habere, tot ergo sunt modi participati, quot sunt modi deficiēti, & imperfecte habēdi. Deus ergo videt se à creaturis tot modis participabile, videt essentiam suam esse propriam ideam, & rationem creaturarum: secundum omnes istos modos participandi, & secundum istos modos deficiēti: ab ipso, vel imperfecte habendi ipsum. ergo diuina essentia erit tota, & propria ratio producendi quamlibet creaturam: sed omne agens per intellectum potest omne illud per seipsum producere, cutus habet totam & propriam rationem factiuam. Videmus enim, quod faber lignarius agens per intellectum: non potest facere arcam sine ligno, vel etiam cælum si ageret per intellectum, nō posset producere equum sine equo: sicut angelus nihil potest producere non adhibitis seminibus, & hoc est aliter, & aliter Nam si faber lignarius non potest per rationem, quam habet in mente, facere arcam sine ligno; hoc est quia ratio illa non est ratio tota, vel non est ratio totius simpliciter, sed ratio formæ: ita quod ab arca, quæ est in mente, non fit ipsa materia simpliciter, sed sit arca in materia, ut declarat in 7. Meta, & inde est, quod quia non tota res dependet à ratione in mente artificis lignarij, quia non dependet inde simpliciter materia: illa ratio in mente non potest transmutare materiam sine organo materiali. Ratio ergo illa in mente nō potest per seipsum sine suppositione materiae, vel sine suppositione materialis organi producere illud, cuius est ratio, quia non est ratio totius. Cælum autem dato, quod ageret per intellectum, & esset ratio totius, forte adhuc non posset producere equum sine equo: quia nō est ratio propria. Est. n. cælum quoddam uniuersale agens: non propria ratio huius, vel illius, sed determinata ad hoc, vel ad illud secundum aliam, & aliā dispositionem materiae, vel secundum aliud, & aliud agens, in quo recipitur influentia eius. Et quia non potest fieri equus per hanc rationem: nisi adsit ibi ratio propria: stante hac hypothesi:

Dæcūlū non faceret equum sine equo, sicut nec nunc facit. Sol. n. & equus generant equum: nō Sol tantum, Sic & angelus per rōnes terū, quas habet apud se, non potest tēs producere, quia ille rationes, dato quod sint totius, & dato q̄ sint propriæ, non tamen sint factiæ, sed repræsentatiæ tantum. Sed cum diuina essentia sit tota, & perfecta ratio cuiuslibet creaturæ, & sit ratio propria, & factiæ: Deus habens in se suam simplicem essentiam, habet in se rationes omnium secundum totalitatem: proprietatem & factiæ, & quia agens per intellectum potest omne illud per se producere: cuius habet rationem totā propriam,

Particip  
quid

Exemplum  
Faber cu  
arcam sin  
ligno nō fa  
ciat.

T.co. 10.

1. Phys. t. c  
26. vide su  
pra. q. 2 ar 1  
sub fine.

### Quæstio III.

Tom. 4. q. de  
Ideis.

propriam, & factiuam, poterit Deus per seipsum absque auxilio alicuius alterius agentis quamlibet creaturā immediate producere: propter quod multitudo rerum potuit à Deo immediate procedere, & processit. Quod autem Deus sit ratio cuiuslibet entis totius, patet, quia quicquid perfectionis est partis, reseruatur in toto, & quia oīa entia nō sunt nisi quædam participationes Dei: Deus habet in se totū, & perfectè, quod entia crea ta habent participatiū, & imperfectè: dictū est enim quod omnes creature non sunt nisi quædam entia deficientia à primo: Deus ergo, à quo deficiunt omnia alia, habet in se totum, quod est omnium aliorum: non eo modo infimo, & potentiāli, quo habent alia, sed modo altiori, & simpliciori, quām alia. Cum enim ipse sit ipsum esse, & omnia alia in tantum sint, in quantum par ticipant esse, oportet quod totius cuiuslibet creature ipse sit ratio. Ostensum est enim supra: quod causalitas sua se extendit ad omnes effe ctus, & q̄ non agit aliquo presupposito. Opor tet igitur, quod rationes existentes in ipso, sint rationes totius rei. Rationes ergo existentes in Deo: sunt rōnes cuiuslibet totius rei productæ. Quod autē sint rationes propriæ, patet. dictum est em̄, quod creature sunt quædam entia deficientia à Deo, cum ergo alio modo deficiat hēc creatura, alio modo alia secundum alium, & alium defec tum, vel deficiendi modum; erit Deus propria ratio cuiuslibet creature: ita quod oīa proprijs rationibus sunt condita, vt vult August. 83. q. Sic ergo imaginabimur processum rerum à pri mo, quod Deus sit quædam unitas simplicissi ma, & creature se habeat per ordinem, sicut numeri ad unitatem. omnes ergo creature differentes specie, se habebunt secundum distantiam linealē, ita quod semper una plus distabit, quām alia. Sed creature eiusdem speciei se habebunt secundum distantiam ex latere, nam licet ab unitate plus distet quinarius, quām quaternarius: quinque tamen lapides non plus distant ab unitate, quām quinque leones, quia hēc quinque, & illa quinque nō differunt in eo, quod quinque, sed in eo, quod ad materiam applicantur. Si ergo unitas nō solum esset causa numeri secundū quod numerus, sed causa materiæ, ad quam applicatur numerus: esset propria ratio quinque leonum, & quinque lapidum: non quia plus distarent ab unitate hēc quinque, quām illa quinque, sed quia non pénitus eodem modo distaret hēc, & illa, quia essent ad aliam, & aliam materiā applicata. Si enim substantiae tenui essent numeri, vt posuerunt Pythagorici, quinq; leones, & quinque lapides nō different specie secundum formam, sed solum secundum materiā; nec plus distarent hēc, quām illa, sed solum, vt dicebatur, aliter distarent, quia essent ad aliam materiā applicata. Quando ergo ratio solum est produc tiva simpliciter formæ, buæcunque habent eandē formam, & non differunt nisi per materiam, ca dunt sub una, & eadem ratione. Sed quando ra tio est productiva totius, habent aliā, & propriā

### Artic. III. 41

A rationem, non solum quę differant secundū formam, sed etiam quę differunt secundū ma teriam. Differētia autem secundū speciē di stant adeo secundū ordinem linealem, ita, q̄ semp et unum plus distat, quām aliud, & habent se hoc modo entia ad Deū, sicut numeri ad uni tatem. Sed quā sunt eiusdem speciei, distat adeo: at si caderec ex latere, quā, vt patuit, non habet alias perfectiones essētiales, sed & differētia horum secundū hunc cursum, quem videmus est per materiam, & per accidentia sequentia mate riā. Et quā, vt dictum est, rationes existentes in Deo, sūt rationes totius: & quia ratio totius, est alia, & propria: siue sit alietas in materia: siue in forma: nam talia eiusdem speciei possunt plura immediate produci à Deo, & habent aliam, & propria rationē in Deo: non quod plus di stant à Deo: nec quod sit inter ea ordo essētialis, sed quia aliter distat ab ipso, q̄a sunt ad aliā, & aliam materiam applicata. omnis ergo plurā litas in rebus creatis, est ex defectu, vt quia & spe cies deficit à specie, vel quia individua deficiunt à specie: nisi enim una species deficeret ab alia: non essent plures species in entibus: & nisi indi vidua deficerent à specie, vt si quodlibet individuum haberet omne esse, quod potest compete re speciei, non essent plura individua in eadem specie. Ab agente ergo perfecto, vt diximus: nō possunt plura procedere secundum eundē mo dum æqualia suo producenti: quia tūc esset plura litas in rebus productis secundum eundē mo dum producendi absque imperfectione produc torum: quod esse nō potest. Sed ab agente im perfecto possunt plura æqualia sic procedere, quia æquari imperfecto, est esse imperfectum: procedere autem plura imperfecta ab eodem agente secundum eundem modum producendi: nullum videtur inconueniens, & potissimē, cum producta sunt materialia, & formaliter non diuidūtur: dividuntur tamen per materiam.

Declaratum est ergo, q̄ esse potest, & est mul titudo in entibus creatis, quia sunt entia defectua: declaratum est etiam, quod rationes existentes in Deo, sunt rationes totius cuiuslibet creature, & propriæ. Quod autem tales rationes sint factiū, & non repræsentatiū tātum, patet, quia semper primū in quolibet genere, est causa om niū eorum, quę sunt post: rationes enim rerū in mentibus angelorum non sunt factiū rerū, quia non sunt rationes prime: sed rōnes in Deo, quę sunt rationes principales, & primæ, sunt factiū, & productiū rerum. Vnde August. ait, q̄ has rationes rerū principales, appellat ideas Plato: quartū participatione fit, vt sit, quicquid est. Si ergo omne agens per intellectum potest omnia illa per se ipsum immediate producere, quorum habet rationes totales, p̄prias, & factiū: Deus, quia est huiusmodi, potuit multitudinem rerum per se ipsum immediatē producere, & produxit.

Habito quomodo cogimur ponere, q̄ à Deo multa immediatē processerunt, & ostendo quo-

Aegid, super ij, Sent. F modo

\* Contradi ctionem hu ius, & solu tionem vi de in fine prol. huius lib. & d. 3. q. 2. art. i. diffu sive, & vide Tab. Zim. vbi multa dicuntur Ar. Aegidio, & Thomae ad uersantia. Et vide d. 3. q. 2. art. 1. & 2. & q. 4. ar. 2. & quol. i. q. 11.

\* Si homo cōstat ex tota sua ma teria nō ef fet nisi vñ homo, sicut mundus, ex Ar. li. 1. de cēlo. t. 94. 95. 96.

To. 4. ss. q.  
quæstione  
de ideis.